

97 feuillets. La pagination saute de 50 à 61.

143

PETRVS PICTOR BVRGENSIS DE PROSPECTIVA PINGENDI +

OTA PINGENDI RATIO tribus partibus integratur Designatione Commensuratione Coloratione. Designatio est profilorum contorniorumq; que in re posita sunt ineratio. Commensuratio est eorumdem cum ratione proportionis suo loco positio. Coloratio est colorum rebus adhibitio qui tum clari, tum obscuri pro varietate lumi num demonstrantur. Harum trium partium solam commensurationem que prospectiua dicitur impresentiarum hoc tractatu prosequemur, non nullam de designationis particulam admiscentes. Nullo enim in picture opere sine designandi facultate prospectiua recte demonstratur. Colorandi modum preteribimus. eum tantum partem attingentes que cum lineis angulis proportionibus in demonstrationem venit. Itaq; de punctis lineis superficiebus corporibusq; dicemus quinquepartita huiusmodi diuidentes. In uisum qui est oculus. In uise rei formam. In interstitium quod est ab oculo ad rem prospectam. In lineas a rei conspecte extremitate ad oculum protendentes. In terminum qui inter oculum & uisam rem interiacet: quo in termino intentio est opus collocare. Quinq; igitur harum partium prima oculum posuimus. de quo non tractaturi sumus nisi quantu picture ratio admonebit. Dicimus ergo oculum primi locum tenere. cum si sit in quem omnia uisa sub diuersorum angulorum prospectu referuntur. quo fit ut quedaq; uidentur æque distent ab oculo quod maius est sublatiori angulo quodq; minus sub arctiori oculo demonstrentur, que uarietas fit ut rerum degradationem intelligamus. Secundam partem esse rei formam diximus. Nam sine forma edem neq; intellectu percipi neq; oculis cerni res posset. Interstitium ab oculo ad rem tertia pars est sine qua res uidenda oculum contingeret. Et si oculo semicirculo res maior se offerret non esset oculus rei capax. Pars quarta sunt lineæ que a rei extremitate recedentes in oculum terminantur inter quas oculus rem concipit atq; discernit. Quinta pars est terminus inquo & res degradanda apponi & eius dimensio diuidicari potest. Non enim si terminus abesset degradatio cognoscetur nec eius rei illa recta demonstratio fieret. Ad hoc necesse est ut illud quoq; intelligamus. quoniam pacto super planitiem rei quam facturi sum in proprium formam lineis includatur. His igitur premissis de ea parte

que prospectiua dicitur opus nrum prosequemur. Ido res in libros diuidemus & in primo de punctis linis superficiebus planis dicemus. in secundo de corporib cubicis tetragonis solidis solumis terretibus ac plurium facierum pertinentibus. in tertio de capitum rationibus de capitulis de torculis uariarum basium / de corporibus alis diuersam positionem habentibus pertractabimus.

p Punctum est cuius pars non est quoniam id imaginando complectimur. Linea est longitudo sine latitudine / que naturam puncti obtinet / quando ea quoq; mente percipitur. Sed cum de prospectiua agamus / que demonstrationibus indiget / quarum oculus comprehensor sit necesse est ut alia notione punctum lineam q; definiamus. Erit igitur punctum q minima res / que tantum oculo comprehendi possit. Linea identidem / que a puncto ad punctum extenditur longitudo cuius latitudinem oculus percipiturus sit. Superficies ea longitudo ac latitudo que lineis comphensa tmeatur. Superficierum genera plura sunt. Nam & trigone / tetragone / pentagone / exagone / octagone / et diuersarum facierum sunt uelut figurarum exemplo demonstratur.

Quantitas omnis sub angulo se ad oculum refert. Hoc per se constat. Punctum enim nulla qtitate constat / q q in pictura ratione id / quid minimum ponendu duxam / ita ut quauis alia qtitas puncti qtitate maior habeatur. Cum igr lineae a qualibz qtitatis extremitate recedant in punctoq; terminentur / faciunt angulum. id aut punctum oculus est. Ea igr res sub angulo demonstratur. Exempli ra. Sit. A punctum. & B.C. qtitas sit a cuius extremitatibus trahentur lineae que terminentur in puncto A. id est. B.A. C.A & B.C. Nam. A. est punctum unu similiter B. & C. Cum ergo lineae a bino ad aliud punctum trahunt cum puncta ex diuerso sita non sint / necessario triangulum faciunt. Nos u dicimus. A punctum esse unde emanat ea uirtus qua uidetur. Quoniam in puncto lineae angulum constituant recedentes a / B.C. concludemus quantitatem. B.C. ad oculum sub ango se referre suprapositum est.

A

Bases omnes sub eodem angulo conspecte licet diuersimode sint sint tamen equales ~~ea~~ se ad oculum referunt.

Viuent

Exempli gratia. Sit. A. oculus unde lineae extendantur duae / haeq; sint. A.B. A.C. de inde plures fiant bases / B.C. E.F. G.H. / duo harum quanlibet equale

se oculo demonstrare id est angulo A. quem esse oculum diximus a quo lineę protendunturę inter quas sunt bases eas lineas contingentes. neque ulla basium excedit lineas neq; abeas recedit. Quod cum ita sit. Sub pari quantitate ab oculo propiuntur. Itaq; dicimus q; equales ad oculum deferuntur. Nam radi a.c. p.h. & p.f. recte ducitur. e nulla earum basium sup radium transit nec a radio deficit. Et radius. a.b. transit p.g. & p. e. recta linea earum extrema contingentes. Ea igr conclusio ut eadem dimensione oculu feriant qd propositum fuit.

BAses omnes sub eodem angulo consperte licet diuersimode site sint tamen equales se ad oculum referunt.

Exempli gratia. Sit. a. oculus. vnde lineę extenduntur duę. eq; sint a b. = a c. deinde plures fiant bases. b.c. e f. g h. dico harum qualibet se oculo demonstrare id est angulo. a. quem esse oculum diximus a quo lineę protendunturę. inter quas sunt bases easd lineas contingentes. Neq; ulla basium excedit lineas neq; abeas recedit. Quod cu ita sit sub pari quantitate ab oculo propiuntur. Itaq; dicimus q; equales ad oculum referuntur. Nam radius a c p h & p f recte ducitur. E nulla duarum basium supra radium transit nec a radio deficit. Et radius a b transit p g. & p e. recta linea earum extrema attingentes. Ea igr conclusio sit ut equa dimensione oculu feriant qd propositum fuit.



SI plures bases ortogonice suo angulo opponantur ea quę sub maiori angulo demonstratur aut maior est aut angulo magis inherret.

Sint bases duę b c. & e f bases aut b c habeat angulum a & basis e f habeat angulum d & a sit maior d Dico igr basim b c esse maiorem basi e f ut magis angulo a adherere q angulo d adhereat.

Probatio. Fiant anguli duo b.a.c & e.d.f & sup angulo d fiat angulus a trahens d.g qui transit e.f. Nam posuimus angulum a. maiorem angulo d. Trahatq; e.f continuentur cum g. Dico basim b.c excedere ꝗtitate basis e.f tota f.g ut p 24. Euclidis demonstratur. Non excedat basis b.c basim que est e.f. Dico q; b.c magis inheret angulo a q̃ basis e.f. angulo d. Fiant triangli duo ut supra scilicet. b.a.c & e.d.f, sitq; angl̃s a maior angulo d. extendaturq; angulus d. equalis a. qui sit d.g. & a puncto f producatur linea equidistans d.e que sit f.i. que secet d.g in puncto i. trahatur i. equidistans e.f. que diuidat d.e in puncto h. Dico q; h.i. totam b.c adequabit. Nam b.c. equalis e.f. & e.f. equalis h.i. igitur interse pari sunt ꝗtitate. unde illud sequitur q; basis b.c magis inheret angulo a q̃ basis e.f. angulo d. tota ꝗtitate h e. & sic patet qd propositum fuit.

Si ab uno puncto extenderentur linee supra duas bases equali magnitudine existentes. & una proximior q̃ alia esset, que magis propinq; esset, maiorem angulum in puncto constituet.

Exempli causa, sit punctum a. Fiantq; bases due ꝗtitate edd̃ scilicet b.c. & d e. Sitq; b.c. puncto a proximior q̃ sit d e. Dico b.c maiorẽ facere angulum q̃ faciat d e. Probatio. Trahatur linea que sit a.f. & ea ꝗtenus extensionis sit supra quam lineam duas dirigo equas bases. b.c. & d.e. erit b.c. puncto a magis adherens q̃ d e. Duratur a puncto a, a b, a c. Deinde ab eodem puncto a d, a c ꝗdurantur. Erit igr̃ ꝛ̃tiqua a b d & a c sectionem faciet linee b.c. in puncto qd̃ est g. Cum ita sit ꝙ eam q̃ precessit angulus a, eius bas que est b c, tanto maior est angulo a. basis d e q̃tum anguli producit basis g.c. Nam angulus basis b q equalis angulo est eius basis q̃ est de. Quia angulus a uniuis est & altrius angulus. igr̃ angulus a, eius basis que est b.c, tanto maior est angl̃o a basis que est d e q̃tum angli fiunt basis. g.c rtiquũ basis. b c.



Si a dato puncto duo lineę quę rectę sint suę unam basim producerent ac suę easdem alia traheretur quę a basi equidistaret & illi esset equalis se cum ambabus superioribus in equa proportione diuideret. ea portio lineę superducte quę duabus lineis interclusa tenetur tenebit eandem cum basi proportionem quam lineę integre cum partibus puncto terminatis.

Constituto puncto a & ab eo tractus ab ac quarum basis sit bc si superuenat linea quę ad equet bc ab ea quoq; equidistet sitq; ea df sitque ac in puncto e & ab in d puncto contingat se cum duabus superioribus dictis equa proportio serabit. Quod enim fit a fe in ea illud equat qd fit ex de in ec Et qd fit ex fe in ad equam habet rationem cum eo qd fit ex ed in db Et qd ex db in ae cum eo qd sit ex ec in ad quoniam una in proportione consistunt. Est & alius numeralis probandi modus ut supra ostendimus. Sit igr ac.21. & ab.18. & bc.6 linea superueniens df sit & ipsa 6 quę ac in e diuidat puncto 14. Et ab tangit in d puncto 12 in superiori demonstratione diximus de esse quatuor & ef duo esse. Et ec 7. & db.6 Dico eandem esse proportionem a 7 ad 14 quę a 2 ad 4. repitur et 6 ad 12. Et quę ratio est proportionis inter 2 & 6 eandem inter 6 & 18 & inter 7 & 21 constat. Concludendo ergo diximus una in proportione diuisas esse. Et idem fiet de ad bc qd fiet ad ad ab. Et qd ae ad ac. Et quale est ae in ac tale est de in ab & equat bc in ad Ac pari ratione qd fit ex de in ac equat bc in ae. idq; clare constat. Numeralis probatio ab sit.18. ac 21 bc.6 ad 12 db 6 ac 21 ae 14 ec 7 de 4. Eam dirimus proportionem inter de qd est 4 & bc 6 quę est inter ad 12 & ab.18 Et q inter ae qd est 14 & ac 21 quod propositum fuit.



Si duę essent lineę equę ꝑpendiculares sup̃ lineam unam simulq; eq̃distarẽt Et a puncto uno lineę duę ad extremitatem propinquioris fluerẽt / & alię duę ad remotioris extremitatem uenirent. Dico q̃ si extrema inferiora subposita sint puncto / extrema remotioris pars atq; inferior se ad oculum eleuatiorem refert / inferioris lineę extremo quę propinquior est. Et si extrema puncto eminent ad extremum q̃d remotiori est / depressiorem aspectum porrigit.

Sit linea recta / bc / sup̃ cuius extrema ueniant equales lineę duę ac ꝑpendiculares que in eq̃odistant. Sintq; bc / & / ce / & punctum / a / constituatur / q̃d mediocriter eleuatum sit. & b.d. puncto / a / magis inhereat. c. eleuatiorem / b / se demonstrabit. & e depressiorem / d /. Cuius rei hec ꝓbatio fiat. Duę lineę extendantur / que sint / ab / & / ad / alieq; due / ac / & / ae / diuidentes / bd / i. f. & g. Dico q: f. eleuatiorem si ostendat q̃ b. toto eo q̃d est / b.f / Et e depressiorem / d / omni eo cuius capax est d.g. Et f.g. equales / c.e / ad punctuꝫ aspiciunt. Veluti ꝑ hui sequendam probatio induta est Et ꝑ Euclidis decimam que est de aspectuum diuersitate.



Si linea recta plures in partes equę secta esset / & a sectionibus ellis plures lineę ducte ad unum punctum terminũ ferrẽt. Eodem in puncto inequales constituerent angulos. Et breuiores lineę / iis que longiores essent / maiorẽ angulu de se producerent.

Ponamus lineam rectam esse. b c. que in / d.e / f.g / diuidatur. Sit puctum / a / ad q̃d / b a / d a / ea / f a / ga / ca / lineę protrahantur. Dico basim / e f / maiõ

angulo sub esse q̃ basim / d e / & d e sub esse maiori angulo q̃ basim d b. Na latera basis e f. minora sunt eius basis que est e d /. Eodem modo latera basis d e / lateribus basis b d / reperiuntur. Idco equi anguli equaliũ basiũ / qui breuiori latere sunt illis basibus / que productiora habent latera / angulos latiores constituunt. Veluti p xxiiiam Euclidis demonstratur.



SI sup datam lineam que recta sit ac plures in partes secta / Linea alia ab ea equidistans protrahatur. Et a prime linee sectionibus extendantur linee / que uno terminentur puncto. equidistantem in ea diuident proportionem. qua est data linea.

Emus lineam b c / eamq; diuidamus in d e f g. aliaq; duratur linea / q̃ ab ea equidistans sit & sit / h i /. Et a puncto a / fluant / b a / d a / e a / f a / g a / c a / hęq; diuidant / h i / in punctis k. l. m. n. Dico in ea proportione sectam / qua est data linea. Quia b d / est a d / d e / est q̃d h k. ad k l / & e f / ad f g. & q̃d l m ad m n / & f g / ad g c / & m n ad n. Et triangulus a b c. similis est ei / qui est / a h i /. Et triangulus a b d ei qui est / a h k. Et a d e / ei qui est / a k l /. Et a e f / ei qui est / a l m /. Sic igitur proportione tenentur. Et que est inter / a b / & b c / eadem est inter / a h / & h i. proportionis ratio. Et cum in proportione maiores sint bases / erunt q̃q; & minores. Et eius trianguli qui est a. b. d / anguli / similes erunt angulis trianguli a. h. k. lq̃r in proportione consistunt. Vt p Euclidis sexti libri nugesimam primam demonstratur / id quod proposuimus.



Si in superficie que quatuor sit laterum diagonalis trahatur / ea superficie duas in partes equas secabit. Ac si equidistantes lineę a lateribus trahuntur / diagonalem lineam duobus cum lateribus / ac se una cum proportione partientur.

Etur quadrilaterę superficies a b c d / & diagonalis a c. Dico a c / diuidē superficiem / a b c d / duas in partes equas. Nam cum quadrilaterum esse intelligis & equalium laterum & angulorum. Et / a c / diametrum eam p medēū partientem ab angulo / a / ad angulū b. cum angulus d & angulus / b / a linea a c pariter distent. Quod p xxxiiii^m Euclidis liquido demonstratur / ac sic prima patet. Equidistans linea fiat / a d / eaq; d c in puncto e / secet / & diagonalem quoq; lineam / a c / in puncto f. & a b / in puncto g. partiatur. Constabit equidistantem lineam / hasterum lineas una in portione partiri. Nam qualis est. a g. ī g b / talis est de in / i e c. Et qd fit ex / a f / in / f. e / illud equat quod fit ex g f / in / f e. Et / f. e / in a c / id qd f c / in / a d / Et a g. ī a c / id qd a f / in / a d. Et g f / in / f e / id qd a g / in / g b. Ac sic patet qd in proportione reperiuntur. Quod aliter p huius sextam^m probatur. Nam linea / e g / eam equat que est. b c. & equidistans est / ac diuidit a b / ac eius trianguli qui est / a b c / una in proportione. ueluti p quintam eiusdem demonstratum fuit.



Si in quadrata superficie que sit & laterū & angulorū equaliū / diagonalis linea extendatur / que se ipsam plures in partes equas diuidat. Et a partibus illis ducantur lineę equidistantes a quatuor lateribus superficiei. Eam in similes diuidet superficies

Sit superficies que datur / a b c d / linea uero diagonalis / a c / plures in partes secta equales. que sint e f. g h. Dico q; si trahatur e / equidistans a b. Et eq distans alia / a d. Et ducatur f. equidistans / a b / aliaq; equidistans / a d / Et extendatur g / equidistans / a b. Et alia a d. Et ducatur h / equidistans / a b / & alia / a d / he lineę uigintiquinq; constituent superficies ei similes que est / a b c d / & similes angulos cum lateribus habentes. Fiat ut positum est supra / superficies. & diagonalis que diuidatur in e f g h. Trahatur q; e / equidistans a b / que diuidet a d / in puncto. i / & b c / in puncto. k. Ducatur q; alia transiens p c / eq distans / a d / que partiatur / a b / in puncto l. Et d c / in puncto m / & tractum habeat. f. eq distans / a b / que secet / a d / in puncto / n / & / b / c / in puncto u. Et ducatur alia uadens p f / equidistans / a d / que sectionem faciat a b / in puncto p / & d c / in puncto a. Et extendatur g / equidistans / a b / que diuidat / a d / in puncto / r / & b c / in puncto / s. Sitq; ducta alia p g. transiens equidistans / a d / que secet



ab in puncto t & dc in puncto u ducatur q; h equidistans ab que diuidat
ad in puncto x & bc in puncto y. Alia pariter ratione habeat rectam
ad que transeat p h secet q; ab in puncto z & dc in puncto r. Dico quae
drata hec omnia que i superficie continentur quo est abcd cum ea ac inter
se similia esse. Constant enim ex equidistantibus lineis atq; angulis qui si-
miles sunt. Sunt igr eorum latera i proportione cum iis lateribus que i supfi
cie abcd continentur. Hac ergo ratione concludendu iudetur quas diximus
esse superficies eas simili forma teneri ut luti p tertiam primi Euclidis demonstrat.
Si quadrilatera figura esset eaq; plurium partium sectionem haberet no equalium.
Ducerentur q; a partibus iisdem linee que a lateribus equidistarent. Et ab
angulus diagonalis protraheretur illas pro rata portione diuideret ac si diui
sionibus illas in transuersum linee ducerentur que eqdistarent ducerent superfices
inter se eandem proportionem habentes

Sit ea figura quam ponimus quatuor latera habentem abcd cui diuidat ab
in non equales partes p puncta e f que trahantur eqdistantes a d secates
dc in punctis g h. Deinde ducatur diagonalis ac diuidens eg i puncto
i & fh in puncto k. Extendatur i equidistans ab que partiatur ad
in puncto l. & fh in puncto p & bc in puncto m. Post sit ductum k
equidistans ab que diuidat ad in puncto n & eg in puncto q Et bc
in puncto o. Horum igr quadratorum tria equilatera sunt sex u eorum trium
laterum equalium compositione constant. Ac p hoc patet no esse equilatera.
Verum sunt in proportione eorum superfices. que ex inequalibus lineis & eis
equidistantibus composite reguntur. Q? aut inter se proportione teneantur
Probatio demonstrat. Sit enim se habet ae in al ad ei in ef & li il in
ad ip in iq. Et ut nq in nd ad qk in qg. Et ut ei in ef ad
fp in fb Et ut iq ip ad pm in pk. Et ut qr in qg ad ko
in kh. Hec igr se habentia de eorum proportione probatione faciunt.
Sed numerali ratione hoc idem ut liquidius pateat demonstrabitur. Ponaz
abcd pro fare qualibet esse numero. nouem. Et nos unamquaq; earum
partes inter se diuisimus inequales in e & f. Diximus ae esse duo. &
ef esse quatuor. Et fb esse tria. Ita dc dq esse duo & qh esse qua
tuor & hc esse tria. Et nos traximus diagonalem p puncta ik cum propor
tione diuisam. Duximusq; a diuisionibus illis lineas que equedistant ab
tangentes ad in punctis ln & bc in punctis mo & eg mq &
fh in p. Ita euenit. ut ae al li ie inequalitate consistant. Et

eodem modo i p / p k / k q / q i / se habent. Et / k o / o c / c h / h k / eadem pu-
ritate sunt. Nam que hec partitur diagonalis ab ea uenit supficie quam
componunt ea latera que equa sunt. & ab diagonali facit p medium diuiditur
Ita fit ut sint quadrata laterum equalium. Veluti. p uigesimam sexti Euclidis
demonstratur. Superius ita posuimus / a e / esse duo / Igitur a e / i l / pro qualibz
facierum erunt duo. Et / e f / esse quatuor. Igitur / i p k q / erit quatuor. Et / f b /
esse tria. Igitur / k o c h / erit tria & / e f p. 2 / faciem unam habebit / q duo erit
alteram / que quatuor continebit. Et / f b m p / prima duabus / secunda tribus constabit.
Et / p m o k / prima tribus / sa quatuor. Et / l i q n / una duabus / altera quatuor. Et
n q g d / una duabus / altera tribus. Et / q k h g / una tribus / altera quatuor. Simul
tiplicatio pme quadrature in se fiat. quaternariu numeru reddet. / Et duo in
quatuor multiplicata octo constituunt. Et duo in quatuor / faciunt octo. Et qua-
tuor in se multiplicata sexderim. Et duo cum tribus sex. Et tria cum quatuor
duoderim. Hi omnes in proportione sunt numeri. Nam sic est supfiies
que est quatuor ad supficiem / e p / que est octo / ut est supficies / l q / q est
octo ad supficiem / i k. q est sexderim / . Et idem est supficies / n g / q est sex /
ad supficiem / q h / que est duoderim. quod supficies / e p / que est 8. ad
supficiem / f m / que est sexderim / p o / que est duoderim. Idem est su-
pficies / q h / que est duoderim ad supficiem / k c / que est nouem / . Itaq;
supficies eadem inter se pportione sunt / qua & laterum quadrati diui-
siones. Qu ue enim est proportio a duabus ad quatuor / ea est a quatuor
ad octo / & ab octo ad sexderim / & a sex ad duoderim. Ac talis est a qua-
tuor ad tria / qualis ab octo ad sex / & sexderim ad duoderim. & duoderim
ad nouem. Qui numeri simili proportione iunguntur. His sic consti-
tutis d quadratorum proportione certitudo habetur.

sex & quod supficies 3k erit ad supficiem

Actenus de proportione linearum dictum est / & supficierum nõ degra-
datarum. Et insuper quomõ modo diagonales / quadrilaterus supficies
duas in partes equas diuidant. Et qualiter in ipsis supficiebus facte
diuisiones a linis equidistantibus in proportione consistunt. Nunc
uero cum de lineis ac supficiebus degradatis dicendum sit / opus est ipam
demonstrare pportionem / ut intelligatur qd uolim cum pportionaliter
dicam. Nam proportiones ipse in numero sunt. Et quam dicturus sum
nec dupla est / ut 2 / 4 / 8 / . nec sesqualtera . ut quatuor sex nouem /
nec sesquitertia . ut / 9 / 12 / 16 / . Hec tripla aut quadrupla est. Sed
degradatam duo proportionem / non ut / 4 / 8 / 12 / 15 / neq; ut / 9 / 6 /

7 8 & 9 . Verum pro distantia que ab oculo fit / ad eum finem i
quo degratarum rerum positio fit. Et que á termino ad res degradatas
reperitur. Cuius rei hec demonstratio fiat. Sint lineę quatuor eęq;
abinuicem p ulnam equidistent. Et longitudinem ulne teneant. In
terq; lineas parallelas consistant. Assmaq; linea que terminus est ad
oculum sint ulne quatuor. Erit igr secunda ad primam sesquiquarta /
tertia ad secundam in termino sesqnona. Quarta ad tertiam i tmino
sesqsexta reperietur. Quod ut lucidius pateat. Eadem harum est
proportio linearum / que i his numeris esse dignoscitur scilicet / 105 / 84 /
70. 60. At si que ab oculo ad terminum est distantia uarietur / uariabit
& ipportio. Nam immutabunt proportionis rationem quatuor ille quas di
ximus lineę / sex ulnarum spatio / nos á uisendę rei prospectu retrahemus.
Ac ita se habebunt / ut hi quatuor numeri. 84. 72. 63. 56. qui non
eadem qua primi proportione tenentur. Non enim distantia cum re primi
termini / eam habet proportionem / qua secundi termini res cuiusq; sua distantia
facit. Ita fit / ut si uaries terminos proportione quoq; immutes. Semperq;
á prima linea ad secundam ea proportio est / que ab oculo ad primam fit.
Et a secunda ad oculum. id est / a d est / a linea que ab oculo fluit / ad
lineam primam / idem est a linea / item ab oculo ueniente ad eam lineam
que f a est. Quarum proportionum immutationes / quia numeris
satis commode ostendi non possunt. Faciam ut in degradatis superficiebus
& p lineas demonstrentur.

Dato oculo in termino posito planitiem assignatam degradare.
Calus datus sit / A / qui imminet lineę d c / que ppendiculariter se habeat
sup / d / Et / d c / secta sit in puncto b / qui terminus sit constituti. Et supra / b /
linea fiat ppendicularis / f b /. Statuaturq; b c / esse planitiem assignatam
quam degradaturi sumus. Trahaturq; a puncto A. linea una ad punctum / c / qui
assignate planitiei terminus sit. Ea linea seret / b f / in puncto e /. Dico igr
esse planitiem degradatam utq; / b c /. Nam / b e / talis se ad oculum refert
qualis b c / in posito termino se quoq; demonstrat. Cui rei probatio fiat.
Trahatur / a b / Fiet triangulus qui erit / a b c / & bases erunt / b c / & / b e /
eidem angulo oppositę / que equo modo se oculo obiciunt. qd p secundam
huius demonstrauimus. Determinus / b e / assignatam esse eam degradatam planitiem.
Aliam quoq; ad hoc ostendendum ingrediemur uiam / ut late prima
degradatione prepta / reliquas multo facilius intelligamus. Dixi superius /.

Dato oculo. id sic accipiendum est. ut ille in loco situs sit oculus / ubi consistendum nobis est / constituta planitiem uisuris. Constituta planities est / quouis longitudinis quantitas intra planitiem sitam & datum terminum / & locum ex / ubi planitiei degradatio facienda sit. Hec erit ea spatij interrupcio / que ab osto ad parietem ut tabulam aliquam ut rem alium ubi res degradandas posituri sumus extensionem habet. Cum oculus ita statuatur / ut altius sit ut demissius / longe ut prope p faciendi aperis necessitate constitutus. hoc modo. Ponamus assignatam planitiem b c / esse uiginti ulnarum. Et terminum eum qui est d b / ad oculum usq; esse decem. Oculum u supra d / tribus ulnis tolli / quem iam esse a / posuimus. Trahatur / a c / que diuidet / b f. in puncto qd est / e / ut supra commemorauimus. Fiet ut / e / in dato termino eleuatior sit / q̃ / b / toto eo qd est b e /. Nam a / imminet / b c / ueluti p decimam Euclidis de aspectuum diuersitate demonstratur. Dicemus igr / b e / esse duo / qui nus duas altitudinis tbias ptes complectitur. Nam positum fuit oculum tribus ulnis eleuatum esse. Et due tertie partes / sunt duo / qm linea que a b / a / puncto recedit / eqdistantem in proportione partitur. ita ut eadem sit proportio d / d c / ad / b c / que a / b e / ad / d a /. Et / d a / est / tria / & b e / duo est. Etiam / d c / triginta. & b c. uiginti / Qualem ergo pportionem habet uiginti de triginta / talem & duo ad tria. Itaq; dicemus / b e / esse / b c / qd degradationem teneat.

Planitiem

Planitiem degradatam inquadratam formam reducere. Veluti in ea que presset demonstratione

Sit linea / d c / secta in puncto. b / ducatur q; / b f / ppendicularis / & a / i termino suo supra d /. Et trahatur linea una / que supra / c / pendeat / equeq; / b c / & ea sit / g c /. A puncto u / g / extendatur una que equedistet / b c / sit q; ea / g f. quam dicimus esse quadratam & parium angulorum. b c / c g / ~~g f~~ g f / f b /. Nunc a puncto / a / producemus lineas / a c / & / a g / que duobus in punctis / b f / partientur / a c. i puncto / e / secabit. Et / a g / in puncto h /. Dico igr / / se eleuatiorem ostendere puncto / a / q̃ / b /. Nam a / supeminet / b /. Et / h / se depressiorem q̃ / f / demonstrat. Qm / a / magis substat / q̃ / f /. quemadmodum p decimam atq; undecimam Euclidis i de aspectuum diuersitate monstratur. Apparebit itaq; / b e / in constituto termino equalis / b c /. & / e h / in termino eodem equalis / g c /. Et / h f / equalis / f g /. Trahantur / a f / & / a b / triangulis tres habebuntur



basium duarum p quarumq; . Nam a b c duas habet bases scilicet b c & b e
Et ACG. ꝗ — duas que sunt g c & h e . Et triangulus a g f duas item
habet bases h g sunt f g & f h . Per hunc itaq; secundam restat basim b e
equam apparere ei que est b c . Sunt enim sub angulo a & basis e h equat c g
in aspectu quando uni angulo substant . Et basis h f equa apparet f g . Naz
uno ab angulo continentur . Et ea est proportio a Ah ad h g que est a d b
ad d c . Et que a b e h ad c g . Eadem est a e ad a c . Et que inter b e &
f h conuinctum ad c g . Ea est inter g h & A g . Et cum rerum distantie
cum altitudine oculi in eadem sunt pportione cum re degradata . Liquido ap
paret uerum esse degradationem . Ducemus igr e h c g in planitie constare .
& b e in quadrum redactum . Nunc trahatur linea a puncto a q eqdistet
d c & nullus terminus finiatur : diuidaturq; linea b c p equalia in eo puncto qd
sit i . Ducaturq; sup . i . linea ppendicularis & que in loco sectionem faciet ei
lineę que recedit a puncto a eqdistante d c constituas punctum a . Deinde
protrahe e eqdistantem b c que partiatur c g in puncto k . Postea duc a
puncto a lineam puenturam ad punctum b que diuidit e k in puncto d .
De inceps extende a ad punctum c que partietur e k in puncto e . Eo
pacto dico redactum esse in quadratum formam eam planitiem degradatam
que est b c d e . Cuius rei talis fiat probatio . Inspiciatur an d e equet
e h quam posuimus . eadem se referre quantitate qua se refert c g . Dico
itaq; illam equare aut ei similem esse . Ea enim proportio est inter a b & a d
que inter a c & a e . Et q̃ est inter d e & b c eadem est inter e h & g c .
Cuiz itaq; sit pportionales t equales t similes erunt . Sunt tn eqles qa posuiz b c
unu esse eqlem altri . Et sic constat quod proposuimus . Si quisq; a me petat



Si quis ꝫ me petat. Quare oculum medium faciam. qa magis ad inspiciendu opus loris ille cōmodus est. Verumtamen ubiuis oculus ipse constitui pot / dum ne terminos transgrediatur uelut i ea q postremū locum tenebit figura declarabitur. Et ubiunq; a te filus erit eiusdem proportionis modus habebitur.

Figuram quadratam & degradatam plures in partes equales diuidere.

Sit figura degradata / b c d e / sitq; oculus / a / ut i precedentibus dictū est / que oculum sup planitiem degradatam & in quadratam formam redactam collocaiimus. qui idem efficit qd positus eo in loco / quem sibi prius statuimus. ut demonstratum est. Itaq; hoc sequemur. Nam idem efficit & breuius est. Sit igr / b c d e / quadratum & oculus / a / Secet / b c / in quotuis partes. Et diuisum sit in / f g h i /. Dem extende / f / ad punctum / a / & / h / & / i / ad punctū a / que diuident d / e / in punctis / k l m n /. Dico qd d e / secta ē eadē ꝓportione qua / b c /. Nam ide est / b e / ad / d k / qd / b c / ad / d e /. Et / f g / id est ad / k l / qd / g h / ad / l m /. Et / h i / ad / m n / qd est / b c / ad / d e / ita fit ut in ꝓportione consistant. Quod aliter patet / quia b c / & d e / sub eadem sunt angulo. Et / b f / & d k / pari modo. Et / f g / cum / k l / sic se habet. Et / g n / cum / l m / ita pstant / & h i / cū / m n / eadē ratōe sūt. Et / i c / cū / n e / sb una pariter angulo consistunt. Ac sunt bases que ab inuicem equidistant. Vnde fit ut una in proportione teneantur / ut luti p sextam huius probatur. Et est quod proposuimus.



Superficiei quadrate diminute / in plures partes equales diuise / diuisiones in quadratura / ~~de~~ producere.

Habemus supficiem quadratam cum degradatione / que supficies sit / b c d e / Sitq; secta in partes plures / que sint equales. sicut / b c / in punctis / f g h i /. Et / d e / i punctis / k l m n /. Trahantur he ad oculu / a / ut i alia. Duraturq; ab angulo / b / ad angulum / c / diagonalis / b e / que partiet / f k / in puncto / o /. & g l / in puncto / p / & m h / in pūcto / q / & / n i / i pūcto / r / duratur / o / equidistans / b c / que diuidet / b d / in puncto / s / & / c e / in puncto / t /. extendatur / p / eqdistans / b c / que diuidet / b d / in pūcto / u / & / c e / in puncto / x / protrahatur / q / equedistans / b c / que secabit / b d / i puncto / y / & / c e / in puncto / ȝ /. duratur / ꝛ / equedistans / b c / diuidet / b d / in puncto / & / & / c d / in puncto / 9 /. Et secabit / f a / in puncto / i /.

& g. a in puncto .2. & h/d in puncto /3/. Erunt igr quemadmodu supdixi
ille diuisionu rationes in quadratam formam redacte. qd sic ptetur. Fiat qua
dratura una propria i forma aue sit sub linea b c. Sit q; quantitatis ei qua est
b c d e/ ut supra posuimus/ eaq; easdem in partes sectiones habeat/ quas/ b c/ ita
ut sint quadrate forme equalium laterum. Trahatur diagonales. b e/ dico quod
diuidet illas in eisdem punctis/ quibus quadratura degradata a diagonali secta e.
Si igr diagonalis in figura quadrilatera/ que propriam habet formam/ partes in
pportione secat/ ita fiet ut partiatur quadratam superficiem & degradatam in
eam pportione/ que degradationem habeat. hoc modo/ qua sunt pportione/
a d/ ad/ a b/ eadem sunt d f/ ad/ b f/. Et qd est inter k l/ & f g. idem est
inter/ l m/ & g h/. & ut se habet/ m n/ ad/ h i/ ita se habet/ n e/ ad/ i c. Et que
proportio est/ a 2 ad/ a b/ eadem est a 2 i. ad/ b f/. Eadem a b i 2/ ad f g/.
& eadem a 2 3/ ad g h/. Et eadem a 3 r/ ad/ h i/ & eadem a b/ r g/ ad
i/ c/. Et de reliquis eo modo se habet/ ita ut in pproportione consistat/ ac diuisi
ones effecte sint quadrature producte. qd demonstrandum fuit. Verum quando
si quadratura ipsa contingeret/ ut equas in in partes non secaretur/ diagonalis
eam & cum proportione partiretur. ueluti p secunda figuram ostensu est. Sit/
b c d e/ quadratum propria in forma consistens. duaturq; diagonales/ b e/ &
d c/ superficiem quatur in partes seruntes equales. quecunq; linea trahatur latib;
eqdistans/ illas in proportione diuidet. Exemplicā. sit figura/ b c d e/ ut dic
tum est i propria figura constituta/ cuius superficiei quartes tres intra eius spatium
ptingende sunt. Capiam igr/ b f. que erit quarte tres eius que est/ b c/. Du
camq; lineam/ f. eqdistantem/ b d/ que diagonalem bipartite diuidet. Partiet
enim/ b e/ in puncto g. & d c/ in puncto h/. & d e/ in puncto i. que partes
ita diuisionem habentes equa pportione tenentur. Nam idem est/ b f/ in/ b g/
qd/ b c/ in/ b e/ & idem d h/ in/ h c/ qd b f in f c/. Et qd est d i/ in/ i e/
Ac si trahamus eqdistantem aliam/ d e/ que transeat p/ g/. partietur/ b d/
in puncto/ k/ & c e/ in puncto l/. Sic b k/ equabit/ b f/. quia/ f h/ in
h i/ idem est qd b f/ in/ f c/. Et diagonalis linea partitur/ f i/ & k l/
Eodem in puncto qd est/ g/. Cumq; diagonalis a quadrilatera retradat/ qua
drilaterum quoq; producit. Ita fit ut/ b f/ f g/ g k/ k b/ eadem inter se ne
cessario equitatis habitudine teneantur. Et nos supra diximus/ ptingendas
a nobis esse quartas tres superficiei eius quadrature/ quam b c d e/ esse posuim.
Diximus itaq; lineam/ k l/ superficiei trium quartarum in ea/ et consistere. Par
titur enim/ b d/ & c e/ equales/ b f/ quam tres quartas continere dictum est.







Superiem quadrilaterum degradatam in ottangulum redigere.

Ponimus superiem quadrilaterum degradatam esse b c d e. Et punctum inuisibile esse a. Sub linea u b c statuatur figura quatuor laterum in forma propria cui faciei quelibet eius sit capax ut ita sit qua est b c. Sit ea figura b c d e sicut est degradata in qua propria forma faciei octo describuntur. diuidaturque b c in puncto f & in puncto g. Et bd in puncto m. & in puncto n. Et de in puncto k. & in puncto l. Et c e in puncto h. Et in puncto i. Vt f g equet g h. Et g h h i. Et h i i k. Et i k k l. Et k l m l. Et m l m n. Et m n n f. Ita fiet ut inter se eadem equalitate teneat. Post hec ptrahantur diagonales b e & d c que se mutuo intersecabunt in puncto o. deinde ducatur h n que diagonalem b e partietur in puncto p. & diagonalem c d in puncto q. Deinceps extendantur i m que diuidet diagonalem b e in puncto s. & diagonalem c d in puncto r. Preterea ducantur diagonales in superiie degradata que est b e & d c post f & g producas ad punctum a que quatuor in punctis sectionem facient. Nam f secabit b e in puncto p. & d c in puncto r. Et d e in puncto l. Et g secabit b e in puncto s. & d c in puncto q. Et secabit d e in puncto k. Denuo sit ducta pt q equidistans b c que secet b d in puncto n. Et c e in puncto h. Fiatque linea r s equidistans b c que partiatur b d in puncto m. & c e in puncto i. Trahaturque q h i k l m n f. Sic enim ottangulam formam expeditam habebimus. Id ex eo patet. quia supra ostendimus p quartam huius q b c d e cum degradatione i idem sit cum b c d e propria in forma constitute. Et in superiori primam demonstrauimus quemadmodum in quadratura in partes non equales diuisa diagonales eas partes cum proportione proportione partiat. Ac p. xxv. sexti Euclidis satis patuit. Omnes superiies circa diametrum eius superiei que quadrilatera sit similis forme rationem tenere. Sunt enim circa diagonales que diametri sunt illas diuidentes que admodum quadrilateram formam ac degradatam partiuntur. Ducimus itaque f g n m l k i h eam esse quadraturam degradatam que in ottangula formam redacta sit.

Figuram facierum octo atque degradatam in eam que sit sexdecim reducere

Absoluimus eam figuram que ottangula est & est f g f n n m m l l k k i i h h g & in b c d e quadratura consistit. Volumus itaque eam in sexdecim

facierum formam lineamentis deducē. Habemus primo facies octo i forma
propria / & ee continentes sunt degradatam superficiem / ut supra ostensum est.
In cui superficiei centro / qd est / o / alterum circini pedem / qui sit stabilis sistē. Al-
terum u qui mobilis est extende ad usq; f / & cum circula quadratura q̄-
titatem illam / ita ut octagōn angulos contingas. Diuidas preterea / faciem
quanlibet in equas partes / quas puncto ad minorem separes /. A centro ů ad
circumferentiam trahe lineam / que transeat p puncta illa / & circulum secet.
Linea ducta p/f q / diuidet circulum in puncto t /. Et ducta p/g h / partietur
in puncto u /. Et ducta p/h i / secabit in puncto x /. Et ducta p/i k / precidet
in puncto y /. Et ducta p/k l / scindet in puncto ę / & ducta p/l m / secabit
i puncto 7 /. Et p m n / scindet in puncto 9 / & ducta p/n f / franget i pu-
cto 8 /. Trahatur / t u / que secabit / f g / in puncto ů / & / g h / in puncto / 2 /.
& trahatur / u x / que diuidet / g h / in puncto / 3 / & h i / in puncto / 4 /. Et tra-
hatur / x y / que partietur / h i / in puncto / 5 / & / i k / in puncto / 6 /. Et trahat̄
y ę / que secabit / i k / in puncto / 7 / & k l / in puncto 8 /. Et trahatur / ę 2 /
que rumpet / k l / in puncto / 9 / & l m / in puncto / 10 /. Et trahatur / 2 9 / q
scindet / l m / in puncto / 11 / & m n / in puncto / 12 /. Et trahatur / 9 8 / que se-
cabit / m n / in puncto / 13 / & n f / in puncto / 14 /. Et trahatur / 8 t / que diuidet
n f / in puncto / 15 / & g f / in puncto / 16 /. Habemus facies sexdecim propria
i forma consistentes / absolutas esse constat / que de incepsum degradande
sunt / trahas oportet / 1 2 3 / 16 / 15 / 14 / equidistantes / b d / & / c e / que con-
tinting̃ant / b c /. Et a punctis contactus / qui sunt i linea b c / trahas /
ad punctum / a / qd supeminet faciebus octo / que degradatione habent / q̄ st
f / g / h i / i k / k l / l m / m n / n f /. Et duras ů / a y / ad punctum / a / & secabit
f g / in puncto ů /. Et diagonalem / b e / in puncto / 20 / & diagonale / d c /
in puncto / 21 / Et k / l / octo facierum degradati in puncto / 8 /. Et p trahas
lineam que uenit a / 2 / & partietur / g h / in puncto / 2 / & / i k / i pucto / 7 /
Et p duras lineam reverdendem / a ter. 3 / octo facierum i propa forma in
contactu / b c / & sectionem facit / g h / degradate in puncto / 3 / & / i k / i
puncto / 6 /. Et extende / 16 / ad punctum / a / & diuidet / f g / in pucto / 16 /
& diagonalem / d c / in / d c / in pucto / 22 / & diagonalem / b e / in pucto / 23 /
& k l / in puncto 9. Et trahas lineam a contactu linee reverdentis / a / 15 /
ad punctum / a / & secabit f n / octo facierum degradati in pucto / 15 / Et
l m / in puncto / 10 /. Et proferas a contactu que facit linea / 14 / in / b c /
ad punctū a /. Et partietur / f n / in puncto / 14 / & l m / i puncto / 11 /



Et trahatur 20 & 22 equidistans b c & diuidet h 1 in puncto 5. Et n m in puncto 12. Et trahatur 21 & 23 que insunt diagonalibus equidistantibus b c secantes h 2 in puncto 4 & m n in puncto 13. Que omnia lineamenta formam sexderim facierum efficient. Trahas 1 & 2 3 & 4 5 & 6 7 & 8 9 & 10 11 & 12 13 & 14 15 & 16. Ea ratione formam ipsam diximus degradationem habere. Posuimus enim degradate forme facies otto, ut supra demonstratione patuit. Post modum otto facies ipsas propria in forma consistentes in sexderim facierum numerum redegimus, que eandem equalitatem habent. Traximusq; ab angulis lineas eq distantes b d & in linea b c terminum facientes, a quo duximus lineas ad punctum a diuidentes facies otto & diagonales, ut partiuntur eas otto facies que ipsa forma reperiuntur. Et ex hoc qd proposuimus apparet.

IN quadrata planitie triangulum equalium laterum dato collocare.

IT quadrata planities b c d e degradata, ubi sistendus sit triangulus, qui equis lateribus constet. Constituam quadraturam planam, que proprium formam habeat, & contingat b c equilateram, que et erit b c d e, in qua triangulum equa latera habentem lineis assignabo. Is erit f g h. Traham deinde diagonalem ad quadraturam, que proprie sit forme, & sit b e. Deinde angulum f, eq distantem b c, q secabit diagonalem b e in puncto 1. Postmodum extendam angulum g, q secabit eam i puncto k. Preterea ducam angulum h, qui eam secabit in puncto l. Et traham 1 eq distantem b d, contingent b c in puncto m. Et ducam k eq distantem b d, contingent b c in puncto n. Et ducam l equidistantem b d, contingent b c i puncto o. His ita se habentibus traham diagonalem ad degradatam planitiem q sit ut dictum est, ibi sistam punctum 1. Et ducam m ad punctum a, & ubi diuidat diagonalem, illic statuam punctum k. Et ducam o ad punctum a, & ubi diuidet diagonalem sistam punctum l. Et ducam eq distantem b c, contingentem b d & c d e, que cum ferro referam me ad figuram propria in forma se habentem. Et ducam angulum f, eq distantem b d, contingentem b c in puncto p. Et angulum g, contingentem b c i puncto q, & angulum h, eq distantem b d, contingentem b d in puncto r. Et ducam preterea p ad punctum a, & ubicumq; secabit lineam 1, ibi sistam punctum f. Et traham q ad punctum a, & quo in loco partietur lineam k, punctum statuam g. Et traham r ad punctum a, & ubi sectionem faciet linee l, punctum h, illic constituam. Ducam preterea f g, g h, h f. Et



Y. BE. & tra M. ad punctum. A & ubi diagonalis partit

sic suam absolutionem habebit is triangulus quem equilaterum proposuimus f g h cum opportione degradatum.

In quadrilatera planitie degradationem habente ~~epta~~ hexagonum equilaterum lineare.

Habeamus planitiem quadrilateram. b c d e. degradatam in qua lineandus sit hexagonus. qui equis lateribus consistet. ut ordo seruetur. Statuemus ipsa in forma sub planitie degradata contingens lineam. b c. que etiam erit. b c d e. in ea igr describam eius magnitudinis circulum. cuius uolumus esse hexagonum. Semidiameter itaq; eius circuli quantlibet faciem occupabit hexagoni quem esse diximus. f g h i k l. & ducemus diagonalem in propria forma. quadratum habentem. que erit. b e. & extendemus. f. equidistantem b c. secantem diagonalem in puncto. m. Et protrahemus. g. equidistantem. b c. equidistantem secantem diagonalem in puncto. n. Et lineabimus. h. equidistantem. b c. partientem diagonalem in puncto. o. Et p ducemus. i. equidistantem. b c. diuidentem diagonal in puncto. p. Et trahemus. k. equidistantem. b c. pridentem diagonalem in puncto. q. Et protrahemus. l. equidistantem. b c. recidentem diagonalem in puncto. r. Et eas omnes ducemus equidistantes. b d. contingentes. b c. M. quidem contingit in puncto. i. & n in puncto. 2. o in puncto. 3. Et p in puncto. 4. Et q in puncto. 5. Et r in puncto. 6. Trahemus deinde diagonalem ipsam in superficiem degradatam. b e. Et i. ad punctum. a. ubi diuidet diagonalem signet punctum. m. Et. 2. ad punctum. a. ubi diuidet diagonalem. ponatur punctum. n. Et. 3. ad punctum. a. ubi partietur diagonalem. fiat punctum. o. Et. 4. ad punctum. a. ubi diagonalem scindet. firmetur punctum. p. Et. 5. ad punctum. a. ubi diagonalem secabit. statuatur punctum. q. Et 6 ad punctum. a. ubi diagonalem precidet. signabis punctum. r. Preterea he omnes extendant scilicet. m n. o p q r. equidistent. b c. contingentes. b d. Et. c e. His itaq; factis reuertendum est ad facies sex propia in forma consistentes. Et anguli ducendi sunt omnes qui. b d. equidistent. Primo lineandus est. f. contingens. b c. in puncto. 11. & g in puncto. 12. Et h in puncto 13. Et i in puncto. 14. Et k in puncto. 15. & l. in puncto. 16. Quorum omnium punctorum protractio fieri debet ad punctum. a. Igr trahatur primo. 11. Et ubi secabit lineam. m. fiat punctum. f. de inde duodecim. Et ubi secabit lineam. n. fiat punctum. g. De inde. 13. Et ubi secabit lineam. o. fiat punctum. h. Deinde. 14. Et ubi secabit lineam. p. fiat punctum. i. De inde. 15. Et ubi secabit lineam. q. fiat punctum. k. Deinde. 16. Et ubi secabit. r. fiat punctum. l. Deinde. f G. h i. i k. k l. l f. Et ita hexagon

GH.





suam absolutionem habet quem cum proportione faciendum proposuimus
Iam uti p ea quę ducta sunt patet / q diagonales idem facit in degradatis
q in quadrangulis propria informa constitutis.

Qd degradata planitie superiem pentagoni equilateri describere.

Constituamus planitiem quę degradationem habeat uiduti p xiiii hujus
demonstratum fuit. Sit q ea / b c d e / sub qua fiat quadratura i ppria fo
ma equalium laterum cuius quantitatis cuius est b c /. Lineetur q penta
gonus / q equalia habeat latera / & angulos pares ducantur lineę equidista
tes / b c / dividentes / b e / diagonalem pentangulus sit / f g h i k /. Primo
trahe f / & partietur diagonalem in puncto l / Secundo trahe g / equidistantes
b c / & secet diagonalem in puncto m /. Deinde trahe h / equidistantem b c / &
dividet diagonalem in puncto n /. Post trahe i / & dividet diagonalem
in puncto o /. Demcps trahe k / diagonalem scindat i puncto p / l m n /
o p /. trahe equidistantes / b d / omnes / b c / contingentes / l / quidem tangat
b c / in puncto 1 / Et m / b c / in puncto 2 /. Et n / b c / in puncto 3 /. Et o /
b c / in puncto 4 /. Et p / b c / in puncto 5 /. Hi contactus omnes trahendi
sunt ad punctum a / positum sup degradatam planitiem / ad quam ducatur
diagonalis / b e /. Extende primo 1. quę dividat diagonalem i pucto l
Deinde trahe / 2 / & ubi diagonalem secabit siste punctum / m /. Post
duc / 3 / & ubi diagonalem partietur fac punctum / n /. Deincps p trahe / 4 /
& ubi diagonalem scindet / ibi statue punctum / o /. Preterea proferas / 5 /
& ubi tangit diagonalem illic signa punctum / p /. Postremo lineę / l m n
o p / equidistantes / b c / contingentes / b d / & / c e / degradate quadraturę. Cum
hęc feceris referas te ad pentagonum non degradatum. Et trahas / f g
h i k / equidistantes / b d / quadraturę no degradate / & contingant b c /. F /
aut tangat / b c / in puncto / 11 / & g in puncto / 12 /. Et h / in puncto / 13 /
& / i / in puncto / 14 /. Et k in puncto / 15 /. Subsequenter trahe / 11 / ad pu
ctum a / & ubicunq partietur lineam l / siste punctum f / Et du / 12 /
in punctum a / & ubi secabit lineam m / fac punctum g / Et / 13 / ad pu
ctum a / & ubi dividet lineam n / pone punctum h / Et / 14 / ad puctum
a / & ubi scindet lineam / o / firma punctum i. Et 15 ad puncti a & &
ubi partietur lineam / p / statue punctum k /. Et demum p trahe / f g / g h /
h i / i k / k f /. Et hoc pacto i degradata planitie pentagonus equilaterus
rum proportione descriptus reperitur / f g h i k. quod demonstrandum
proposuimus.

A Superficie que quatuor laterum sit atq; degradata. Datam quantitatem in circuitu minuere.

Sit degradata superficies b c d e data aut ĝtitas que diminutione receptura sit. Ponatur b l. duram diagonales b e. c d. Deinde traham l. ad punctum a cum sectione b e. cum puncto f. & sectione d c in puncto h. & d e. in puncto k. Et a puncto f. traham lineam equidistantem b c. que erit contingens b d. in puncto c. & c e in puncto p. Et d c. in puncto q. Duram preterea h. equidistantem b c. & contingentem b d in puncto q. Et pertinetur b e. diagonalis i puncto r. & adherebit c e. in puncto r. Et coduram a puncto a lineam transeuntem p. r. & p. q. que secabit d e. in puncto m & b c. in puncto m. Hac ratione dico factum esse. ut de superficie degradata circum amota sit ea quantitas que superius data fuit. scilicet b l. Fiat preterea quadratura que propriam formam seruet. Et sit b c. d e. Et date ĝtitatis b l. circumducatur intra quadrilateram figuram. que secabit b c. in puncto l. & ducatur l. equidistans. b d. q diuidet d e. in puncto. k. Trahatur. m. quam posuimus esse ĝtitatem. b l. id m o. equidistans m. c e. que secabit. d e. in puncto. n. Deinde ponatur. b o. equalis b l. & o. extendatur equidistans. b c. & diuidet. l k. in puncto. f. & m n. in puncto. q. & c e in puncto. p. Fia preterea. d q. equans. d k. Et ducatur. q. equidistans. d e. que collidet. l k. in puncto. h. Et m n. in puncto. s. Et c e in puncto. r. Et lineetur b e diagonalis que transitum habebit p f. & p. s. Et d c. diagonalis comeabit p. h. & p q in ea quadratura que propre forme comprehensione habebit. Et a diuisionibus in. b c. factis scilicet b l. m c. equalibus date ĝtitati. A puncto. l. ducatur linea ad punctum a que secabit diagonalem b e. in puncto. f. & diagonalem. d c. in puncto. h. uelut quadrilatera figura que proprie forme sit. Extendatur preterea. m. ad punctum a que diuidet diagonales in punctis. q. & s. A quibus etiam ducuntur equidistantes pillas sectiones transitum habentes ac contingentes. b d. in puncto. o. & q. Et r e. in punctis. p. & r. ut in proprie superficie constat. Sic itaq; demonstratum est superficiem degradatam diminutione habe eius ĝtitatis que data fuit. b l. intra superficiem. b c d e. p circuitionis ambitum. Cuius diminutionis ĝtitatis est. f q. h. s. ut in ppe forme extensione fit. Constat enim equidistantes a diagonalibus esse diuisis in utraq; superficierum forma ac ratione. ita ut cum proportione ambe sectione habeant uelut p. xi. & xiiii. huius satis demonstratum fuit. Ablatum est igr de superficie degradata. b c d e. id quantitatis qd datum fuit. b l. & hoc ab interiori circumductione ut sepius dictum est. quod probandum proposuimus.





Superficiem quadrilatere ac degradate circa ambitum datam quantitatem cum proportione adungere.

Preterea ÿ & 81. equidistantem f k. ac termino carentes. Trahat 85. equidistantem h.f. que tanta sit qnta est. h f. Durat & 83 equidistantem. h f. q̃ termino careat. Durat & a. transeuntem p.f. & q. que ferat lineam uenientem ab. 83. in puncto. 93. & ferat lineam egredientem ab. 81. in puncto. 91. Durat & 82 & 9. equidistantem. g l. sine termino. Durat & 38 & 86. nullo t̃mino constituto. Durat & a transeuntem p. r. & p. que diuidat lineam orientem ab. 84 in puncto. 94. & diuidat lineam q̃ductum het ab. 82. Protrahat & mn. q̃ & fundat lineam proueniente ab. 85. in puncto 87. Et lineam egredientem ab. 86 in puncto. 88. Protrahat f R. que ~~t~~ ceadat lineam uenientes ab 85. in puncto 95. & lineam ab 86 pgressum habentem ĩ puncto 96. Conducat & a transeuntem p. k. que cedat lineam ab. 81. recedentem ĩ pũcto. 101. Preterea ducat. . ĩ puncto. a. lineam uadentem p. l. que cedat lineam recedentem ab 82 in puncto. 102. tangentem lineam uenente a. ÿ. in puncto. 103. & Lineam a. 9 recedentem in puncto. 104. Post her trahat. a. ad 103. & ad. 104. Durat. 5. equidistantem. k l. tangentem. 95 & 87. in puncto. 105. Durat & 15. equidistantem. k l. que cedat 103. & a. in puncto 115. Durat & 105 & 115. Trahat. 40. equidistantem k l. que cedat. 87 & 95. in puncto. 121. Conducat & 42 equidistante k l. que cedat. 105 & 115. in puncto 122. Trahat & 44 equidistantem k l. que cedat. 105. & 115. in puncto. 123. Deinde ducat. 53. equidistante. k l. que partiat 103. & a. in puncto. 124. Cum igr has deductiones linearum quis ferret uniuſ arci designationem habebit. Verum ut alteriuſ rationem maturiq; teneamus. Trahm pmo. 8. equidistantem. k l. ferabit lineam eductam a. 96. & 88. in puncto. 116. Trahm & 16 equidistantem k l. que ferabit. 104. & a. in puncto. 117. Lineabo deinde & 116 & 117. Duramq; 49 equidistantem k l. que ferabit lineam. 96. & 88. in puncto 125. Duram & 48. equidistante k l. que ferabit lineam. 116. & 117. in puncto 126. Duram & 46 equidistante k l. que cedet lineam. 116. & 117. in puncto. 127. Duram & 54 equidistante k l. que cedet lineam. a. & 104 in puncto 128. His itaq; productis fama primi arcuſ linearum protractiones. vlz. 121. 122. 123. 124. Secundi productiones he habebuntur. 125. 126. 127. 128. Cum aut hi arcuſ qui sut ĩ facie circulandi sit. Primo trahm. 92 & 94 Dem pequas partes diuidam p pũctũ. 100. Pona enim pede q stet. Alterũ rotundum contingenter. a. 93. ad. 94. Post ducã. 91. & 93. ac p equalia diuidam ĩ pũcto. 200. Firmabo pede rotuli se no mouentem cũ altero circulabo tangente. 91 & 93. Qui finis erit testudinis eius quem supius designandam proposuimus.

ÿ Linea et & 101. & 102

ĩ puncto. 91.



I in degradata planitie linea equidistans ad terminum duratur. eaq; diuidatur in partes plures equalitatem habentes, ac i diuisionibus illis equales bases firmentur. quarum quelibet ortogonice oculo opponatur. que magis distat se maiorem in termino presentabit: q̃ que i maiori propinquitate consistit. Refert se tamen cũ minori ad oculum angulo. q̃ que propinquior est.

Vam facturus sum demonstrationẽ non minus habet necessitas q̃ ultima q̃ in primo libro facta est. ad ampliationem anguli: qui fit in oculo ostendam. Et iustam basis magnitudine se eidem oculo obuientem. Euenit eiq; ut in edificando fiant columne cuiusq; generis ut teretes. multilare q̃admodum in porticuũ structuram inteueri licet. ubi opus est columnis pluribus. Quamre cum plerique suũ opus ratione istituat. & admirentur columnas ab oculo magis recedentes illis euenire crassiores. que in maiori propinquitate consistũt. p̃ serti cum equalibus basibus substineatur statui demonstrant ita esse, ac fieri debere. Cuius ratio hec sit. Habemus degradatam planitiem. b c d e. sup quam ducta est linea equidistans. bc. que est. f m. in partes scissa equales que sunt. g h i k l. Sup hec puncta ducũtur bases i equalitate habentes, ac orthogonice ad punctum a respicientes. q oculus est. Basis sup. g. est. n o. & sup. h. est. p. q. Et sup. i. est. r s. Et sup k. est. t u. Et sup. l. est. x y. Cum ita sit. Dico q̃ no. in termino. bc se maiorem refert, q̃ p. q. Et pq. in eodem termino se maiorem ostendit q̃ rs. magis propinqua. Tamen rs. se demonstrat in puncto a. maiori cum angulo. q̃. no. & pq. q̃admodum ostendam cum productione lineae, a basibus ad oculum. a.. Traham primo. n. ad punctum a. que secabit. bc. in puncto 1. Et. o. ad punctum. a. que diuidet. bc. in puncto. 2. Et. p. ad punctum. a. q̃ redet. bc. in puncto. 3. Et. q. ad punctum. a. que diuidet. bc i pũcto. 4. Et. r. ad punctum. a. que partietur. bc. in puncto. 5. Et. s. ad punctũ. a. que secabit. bc in puncto. 6. Et. t. ad punctum a. que firmget. bc in puncto. 7. Et u ad punctum que diuidet. bc in puncto. 8. Et x. ad punctum. a. q̃ redet. bc. in puncto. 9. Et. y. ad punctum. a. que diuidet. bc in puncto. 10. Dico itaq; 1. & 2. maiores esse. q̃ sint. 3. & 4. Et 3. & 4 ad. 5. & 6. maioritatem habere. Nam. 5 & 6. orthogonice oculo obiecta est, sic basis. rs. Et 2 & 4. oculo non opponitur, sicut basis. pq. que ad angolo orthogonice repsentatur. Itaq; trahatur. g. ad punctum. a. pietur 1. & 2. in puncto. d. Duratur. h. ad punctum. a. diuidet. 3 & 4. i pũcto. e.

Ducatur & 1. ad punctum. a. secabit. 5. & 6. in puncto. f. Erunt hę partitiones cum proportione. Eadem enim proportio est á linea. 5 & 6. ad lineam 3 & 4. quę a linea f 1. ad lineam. e h. Eadem á linea. 3. & 4. ad lineam 1 & 2. quę ē a linea. e h. ad lineam. d g. Talis est & á linea. 5 & 6. ad lineam. 1. & 2. qualis est á linea. f. 1. ad lineam. d g. Et qd̄ fit ex linea 5. & 6. in linea. 1. & 2. equat illud qd̄ fit ex linea. 3 & 4. in se ipsa. Et similiter. qd̄ est. f 1. ad f. a id̄ est. e h. ad. e a. Et quę proportio reperitur inter. e h. & e a. eadē inuenitur inter. d g. & d. a. ita fit ut in ꝓportione consistant. Et quę pars est. d g. ad. d a. eadē est. e h. ad e a. Et sic f 1. ad. f a. Cumq; a g maior sit q̄ a h. Et. a h. maior q̄ a 1. seqūtur ut d g. e h. magnitudine excedat. qua talis est pars. d g. de. a g. maiori qualis est dm. e h. de. a h. minori. Et. e h. maior est. f 1. ratione consimili. Igitur concludam eam lineam q̄ est. 1. & 2. maiorem esse ea quę est 3. & 4. Nam 1. & 2. ita se habet ad. d g. maiorem sicut se habet. 3 & 4. ad. e h. minorem. Ita 3 & 4. dico esse maiorem q̄ 5 & 6. p eandem rationem. Erit ēim ut 5 & 6. cum. f 1. minimo eadē in proportione consistat. Quare necesse est ut in termino q̄ magis ab est propinquo se maiorem referat quod demonstrandum ꝓposuimus. Veruntamen quę propinquior est puncto. a. qui oculus habetur sub maiori angulo se demonstrat q̄ quę longius ab est. Sunt enim basęs equalitatem habentes. ueluti per .iiij^m^ primi. satis plene ostensum est.





VONIAM plerique picture studium sequentes prospectiue rationem uituperant / non tenentes que sit uis linearum angulorumq; qui ab ea pauentur. Cum quibus commensurate omnis & contorniorum & lineamentorum descriptio sit. Visum est mihi demonstrandum esse quam ad demonstrandum recte perfiendum opus / talis ratio pictoribus conferat.

Prospectiua quidem / que a prospiciendo nomen ductum habere uidetur / nihil est aliud / quam aspectus rerum / quodam interuallo ab oculo distantium / que sub datis terminis certitudinem habentibus / se cum proportione referunt p modo eo quo distant. Qua ratio nisi teneatur / nulla fieri potest / iusta rerum degradatio. Cum igitur pictura nihil aliud sit / quam demonstratio superficierum corporumq; degradatorum in termino positorum / pro ut uere res ab oculo uise in eodem termino se demonstrant. Cumq; id constet / q; cuiusuis qte rei pars altera / que oculo magis inherret / submaiori angulo comprehendatur / q quie magis ab est / cumq; intellectus nisi p se diiudicare no possit qua dimensione constent / hoc est / qta propinquior / qtaq; remotior in datis terminis habeatur necesse est scire hec uolentibus / ut uim prospectiue sequatur / que facultas omniu qtitatum cum pportione demonstrationem habet / & earum degradatione interuentu linearum demostrat. Hunc itaq; plerique antiquorum pingendi modum seruti / apud omnes in magna nominis celebritate fuerunt. Siquidem Aristomenes / Thasius / Polides / Apelles / Andramides / Nikeo multique preterea / qui in eo genere artis floruerunt / cum diligenti ratione / ad institutum opus dirigendas manus putauerunt. Quod si nra tempestate obseruaretur / ab iis qui artis expertes / ab indoctis commendationem querunt / illam nominis claritatem asse querentur / quam nulla unq obscuratura sit etas / presertim cum peritorum illustrata iudicio quotidie magis emitat. Ad harum igitur rerum studium / p gloria artis tempestatis nre / non nullos exitandos putaui / suscipiens scribendi laborem / iis profuturum / qui in hoc opere prospectiue tam partem descriptam inuenient / que picture sola deseruit. De qua iam extant libri duo / quos

primus eas rationes continet / quibus ostendit q; in plana supficie pluribus modis degradationes ~~atq~~ fiunt. Secundus corporum quadratorum / ac faciem plurium sup planicies ꝑpendiculariter positorum / modum degradationum ostendit. In hoc tertio nam totidem me facturum proposui / quoniam agendum est / de degradationibus corporum comprehensorum / a uariis supficiebus / ac uarie positorum / et corpora difficiliora ad tractatum uenimus aliam insistam uiam / modumq; alium degradandi / q; in superioribus inuenimus fecerim demonstrationibus. Cum q; ~~ade~~ erunt / & eundem effectum habentes. Cur aut ~~in~~ superiori immutato ordine alium prosequar / duo me res admonent. Prima est demonstrandi facilitas / atq; intelligendi. Secunda est multitudo linearum quibus opus esset indesignandis corporibus / nisi a primo ordine recederemus. Qua linearum turba efficeret ut oculus pariter & intellectus hebescerent. Nam corpora sine illarum copia linearum nec pfecte nec sine difficultate degradationem recipiunt. Aliuz igr sequar mdu / qui partem pro parte degradationes demonstrabit. Qua in re tenendum est quod quis facturus sit / idq; scienter ponendum i propria forma / sup planitiem qm uis linearum id ita positum / duce arte degradatum pducet / uelut in uisualibus termino linearum se ipsum demonstrat. Quo de modo in iis que sequentur demonstrationibus / q̃ta potero diligentia ptractabo.

Vper planitiem quadratam supficiem cū ratione minuere.

Tquq uia mihi deinceps tenenda sit ostendam. duas / tresue planarum supficierum demonstrationes facturus sum / quo p ellas corporum degradationes facilius habeantur. Itaq; propria i forma statuam cum quadratum supficiem quadam / que sit b c d e. Ponamq; punctum .a. qui sit oculus tanta indistantia situs / q̃ta standum sit dictam uisuris supficiem. Quo in puncto .a. defigam acum quandam / sue clauum setam equinam annexam habentem. Post traham lineam equidistantez b c. que sit .f.g. / & terminus inter oculum & supficiem situs. qua in supficie sistam punctum .m. quod omni in supficie ac corpore figendum est. Refert aut nihil qua in parte consistat. Est enim terminus qdam / ut i ope faciundo constabit. Hec cum facta erunt ligneq; regule habende sint que cum attenuatione multa / directionem teneant. Sumenda est ex eis una / ac ponenda contingens. f.g. i mobilem ipsam finitas teneat.

Capiatur deinde altera setę extremitas / trahaturq; sup. b. supficiei / & ubi sup regulam pretit signetur punctum. b. Trahatur seta & sup. c. & ubi sup regulam iacet signetur punctum. c. Duratur seta & sup. d. & ubi pertit sup regulam fia punctum. d. Ponatur seta & sup. e. & ubi uerberat sup regulam stet punctum. e. Tendatur seta & sup. m. & ubi pertit lineam sit punctum. m. His pactis signetur. a. sup regulam / quam dicimus. reguta a / que sit descripta tollenda est inde / ac seponenda est. Ea namq; latitudinis modum rationemq; continet.



Vm uero inspiciendum sit / qto elevatior est. d. e. huius supficies. b c d e. q b. c. tollatur. a. sup lineam. c e. qtum supstmdum sit ut ipsam supficiem inspiciamus cum neq; accedamus ad lineam. f g. que terminus est / nec ab ea recedamus. Posito preterea oculo. a. cum sericio filo / aut seta equina

ut supius demonstrauj. Ex carta formanda est regula. eaq; ponenda ut
tangat .f.g. Et ducenda est. e.c. diuisura regulam cartheam in quicto .a.
que sit regula. a. Extendatur sup. e. & quem locum pruit sup carthea
lineam signetur .e. & d. Tendatur & filum sup .c. & ubi cadit sup ea-
dem lineam stet punctu .c.b. in eodē loco. Tollatur de inde regula
illa, ad cuius modum alia conficiatur que eisdem signis, ac dimensioni-
bus finita sit. Et pari loco cum superiori signum habeat .a. Ducenda post
hec recta linea p locum ubi degradatam superficiem facturus sis, que sit
f.g. atq; in equas partes diuidenda p punctum .m. Supq; .m. exten
denda ea ppendicularis que sit .m.n. Et trahenda sup .f.h. ppendi
cularis .i. que erunt .f.h. & g.i. De inceps assumende sunt carthacee
regule duę fr. a. signum habentes. Q uarū altera ita ponatur, ut tangat
f.h. Altera ů sit tangens lineam .g.i. Et ambarum regularum .a. tangat
lineam eam, que est .f.g. Capiatur & in sup lignea regula, que prefert
a. & latitudinis regula nuncupetur. Supponaturq; duabus regulis, eisq; car
thacis, sit q; contingens .e. & d. omnium regularum. Et m tangat li-
neam q̄ est .m.n. & ubi cum .d. conueniet eius regule que lignea ē, fiat
punctum .d. Et ubi firmat cū .e. stet punctū .e. Extendat regula tangens
.b. & .c. duarum regularū. & m. tangat lineā .m.n. & ubi cū uenit cum .b.
ligneę regule, sit punctū .b. Et ubi uenit cū .c. stet punctū .c. q finis est
superficiei ei, quam demostraturū me ppositū. Nūc regule amouentur, trahā
turq; .b.c. b.d. d.e. e.c. que erit degradata superficies, que laterib; quatuor
constabit, ueluti id me facturū paulo ante pmisi. At siquis ducat. Positū fuit
situ sup .e. superficiei pp am formā hnti, que ē .b.c.d.e. & ubi fili pressio fta
est sup cartheam regulam p signo apposita fuerūt .e. & d. pariq; modo po-
situ fuit sup .c. cum signo .c. & b. Cur igr hoc fit. qa hoc accidit supfi-
ciebus signa habentibus, que se mutuo intuentur. q signa que eq distant
a linea terminali, quorū multū alteri propinatur, ea sup cartheam regulaq;
que altitudinis modū tenet in eod puncto describūtur. Itaq; cū angulī
nō supponentur alter alteri, ut sint in eadem paritate elevationis .c. cū
b. & e cū .d. Lineaq; .f.g. q̄ tminus est ex equo distet a .b.c. & .d.e. Et
carthacea regula semp altitudinis regula intelligatur. Q uādo igr situ sup
ponitur .c. superficiei: intelliguntur .c. & b. Sunt eiz in eod altitudinis mo.
Itaq; signetur i regula .c. & b. Idemq; fit .d.e. e. q̄ signet .d. & .e. At
in regula q̄ fit ex ligno q̄ latitudinis continet rationez: nō id modus fuit.

Et sup .g. ppendicularis .i.

Signa enim de perse in ea quelibz apponuntur / nisi forte ueniret ut signa duo ad unum punctum concursum haberent.





a Atam superficiem octo lateribus constantem / iisq; qualitatem habentibus / cum proportionis modo degradare.

b Huius propositionis intentio est. Degradatio cuiusdam datæ superficiei quæ octo constet lateribus. & equilatera sit. Ne igr ab instituto ordine recedamus. Fiant facies octo propria in forma consistentes. q sunt. 1.2.3.4.5.6.7.8. quarū sit quadratura. b c d e. cuj ubinus supponatur. m. Statuaturq; oculus tanta indistantia / qta tibi placeat. ubi ad videndam superficiem ipse consistas. Fiat & ibi punctū. o. qui oculus habeatur. Figaturq; in eo clauus cum filo. Post hec / ducatur f g. equidistans. b c. q terminus sit / ubi degradationū ponende sint regule. Capiatur & regula lignea / ponaturq; contingens. f. g. suma cum stabilitate / ut i supiore faciendum exposui. Filum preterea tendatur sup. 1. superficiei. & ubi tactum habet sup regulam / fiat punctum. 1. Et idem sup. 2. extendatur. Et ubi tactū habet sup regulam. signetur. 2. Ducatur & sup. 3. & ubi tactum habet sup regulam sit punctum. 3. Et sup. 4. ducatur & ubi pratit regulam / stet punctum. 4. Et sup. 5. trahatur. & ubi sup regulam tacet firmatur punctum. 5. Et sup. 6. tendatur / & ubi regule adiacebit / fiat punctum. 6. Et sup. 7. trahatur / & ubi regulam comprimet sistatur punctum. 7. Et sup. 8. tendat & ubi regule contactum habebit / sit punctum 8. Trahatur & sup. m. & ubi pratis sup regulam signetur. m. & regule sup imponas. a. que nuncupetur regula. a. tollatur & ea regula / ac se ponatur.







si ita stantibus reperienda est altitudo. Hoc est qtus ipius superficiei sit progressus. Diximus ei latitudinem b c. esse. Igitur c e. longitudo est. id est qtum se ad interiorem partem ptendit. Nam e. ppinquior e oculo q. f. Cum lineam habeas. f. g. qui terminus oculo & supficiei

interiectus. Cumq; habeas punctum .o. q oculus est: fiat considerato q̃ta
cum eleuatione stmdum sit cū eod .o. sup lineam. ce. Ibiq; punctū sistat
& annexum filum habens clauus figatur. Capiatur regula que carthusa
sit / & contingens. f g. terminū cum stabilitate ponatur. Ducatur posthec
e c. que partietur in puncto. a. & a signo. a. regula nuncupabitur. Filuq
de inde ponendum est sup. c. & ubi aduaret regule sistendū punctum i.
& .8. Distant namq; a linea .f g. q̃tum. c. & in eadem planitie cōsistūt.
Nec altterum altero eleuatius est. Ideoq; c. deseruit .i. & 8. Et .2. pa-
riter .2 & .7. Et 3 .identid .3. & .6. Et .e. similiter .4 & 5. Sistat
itaq; filum sup .2. & ubi uerberat regulam / sit punctū .2 .& 7. Exten-
datur & sup .3. & ubi partietur regulam / fiat punctū .3 . & 6. Durat
& super .e. & ubi regulam pulsat stet punctum .4. & .5. Tollatur regula
ad cuius instar fiat alia / que signa eadē q̃titatemq; contineat / & pro signo
habeat. a . Cum hec pacta fuerint / ducatur linea recta p locum ubi de-
gradata superficies ponenda sit. Sitq; ea linea f.g. que in puncto .m. di-
uidatur. Trahatur .n. ꝓpendicularis sup .m. & ducatur .m n. Et dura-
tur sup. f. ꝓpendicularis. h. Et g. trahatur sup .1. Apponantur & carthes
regule .a. quarum altera sit contingens. f h. / altera ū tangat. g. i. Et
ambarum regularum / a . contactū habeat linee .f g. Capiatur & sup li-
gnea regula signū habens .a. supponaturq; duabus regulis / que sit cōtingēs
4. & .5. duarum regularum. Et .m. que in lignea regula est / tangat li-
neam .m n. & ubi congressum habet cum .4 . regule lignee / stet pūctū .4.
Et ubi congressum habet cum .5 . signetur .5. Ponatur & regula tangēs
3. & 6. & ubi conuenit cum .3. regule / sit punctum .3 . Et ubi conuenit .6.
signetur. 6. Trahatur regula contingens .2 .& 7. duarū regularū . &
ubi aduaret .2 . lignee regule signet .2 . & ubi aduaret .7. stet puctu
7. Conduratur regula / que tangat .i. & .8. duarum regularū . & ubi cō-
uenit cum .i. regule . fiat punctum .i. Et ubi adsistit .8 signetur .8.
Sic finem suum ottangula superficies cum degradatione sortietur. Tri-
hantur .i. & 2 . 2 & .3 . 3 & .4 . 4. & 5. 5. & 6. 6. & .7. 7. & 8. 8. & .1.
Iam impletum est / quod proposueramus.





Circulos quatuor idem centrum habentes duodecim in partes diuisos degradare.

Voniam in iis que premisse sunt demonstrationibus una tantum opus fuit lignea regula & cartheee duę necessarię occurrerunt. Cum regula omnis quę rationem latitudis continet / duas ex cartha regulas exigat. Impresentiarum cum circulorum quatuor degradatio subsequatur / necessario euenit ut regulę quatuor lignęę habeantur. ubi latitudo quatuor circulorũ designetur. Ex cartha octo sunt habendę / quę illis respondeant / ubi altitudinis modus appareat. Veluti in demonstrationib liquido comprehedetur. Earum regularũ quędam demonstrationes plures exigunt / quędam uero pauciores / pro suorũ contorniorum modo. Describantur itaq; primo / circuli quatuor / quorũ primus / qui extrinsecus sit. ceteros q; comphendat / signetur. a. Secũdus b. Tertius. c. Quartus. d. Horum circulorum centrum si sit. m. Circulus ii. a. in duodecim equas partes diuidatur / quę sint. 1.2.3.4.5.6.7.8.9.10.11.12. Capiatur deinde regula / ponaturq; sup. 1. & m. signetur diuidens circulum. b. & circulum. c. & circulum. d. quenlibet in puncto. i. ponatur. Et sup. 2. & m. signeturq; sup circulum. b. & circulum. c. & circulu. d. in puncto. 2. Seruetur idem in omnibus usq; ad. 12.



Preterea linea ducatur recta / que sit. K.L. & terminus habeatur iuxta
circulos / pro eo modo quem uis. Reducatur deinde a linea. KL. termino.
quem quis abscindendum statuat / unde ei circuli prospiciantur / q in loco sis
tatur punctum.o. qui sit oculus / in quo clauus cum filo defigatur. Capiatur
& in sup regula qdam exligno / q signetur. a. ponaturq; contingens. KL. fu
ma cum stabilitate. Sumatur & filum extendatur q; sup. i. circuli. a. & ubi
ictum fecit sup regulam. a. fiat punctū. i. Extendatur & sup. 2. & ubi ictum
fecit signetur. 2. Et sup. 3. & ubi pertit / signetur. 3. Et sup. 4. & ubi
iacet signetū. 4. Et sup. 5. & ubi pertit signetur. 5. Et sup. 6. & ubi
iacet signetur. 6. Et sup. 7. & ubi pulsat signetur. 7. Et sup. 8. & ubi
adiacetur sigt. 8. Et sup. 9. & ubi pertit signetur. 9. Et sup. 10. & ubi
pulsat signet. 10. Et sup. 11. & ubi iacet signetur. 11. Et sup. 12. & ubi
pertit signetū 12. Et sup. m. & ubi ictū fecit sigt m. Cum her pere
ris / habebis regulam. a. primo circulo designatam / que tollenda erit / atq; se
ponenda. Capienda preterea est regula alia / & signanda. b. Estq; supponenda
KL. que immobilis stet. Et filum. 1. & 2. & 3. & 4. & 5. & 6. & 7. & 8. &
9. & 10. & 11. & 12. sup inducendum est. & sup. m. circuli. b. & ubi filum
eid regule. b. suppositum ictum faciet / eadem puncta signanda erūt ab. 1. i
12. & m. Cum ue regula his premissa signis / tollatur inde / seponaturq;. Ap
ponatur tertio regula habens signū. c. In eaq; signa fiant ubi pertit filum.
positum sup diuisiones circuli. c. & sup. m. quam regulam ita insertam sepo
nas. Induras demum & regulam. d. eundem seruans modum ad signa ponenda
diuisionesq; faciendas. q in superioribus te hucusq; deduxit. His peractis re
gulas quatuor latitudinis habebis.

4
K
L
Trigon. d.

Superest ut longitudo degradetur / cuius hic modus tenendus erit. Ducatur
primo .a. eius circuli qui est .a. q̃ transeat p. m. diuidens circulum .a. i punctoſ.
& circulum .b. in puncto .g. & circulum .c. in puncto .h. & circulum .d. i pucto .i.
Et .kl. terminũ ortogonaliter in puncto .p. Diuimus .a. esse .i. & .f. .7. Duc
2 & .12. que secant lineam .af. in puncto .2 & 12. Trahe & .3. & .11. que secet
af. in puncto .3. & 11. L. mea & 4 & 10. que diuidat af. in puncto .4 & 10.
protrahe & .5. & .9. diuidente. af. in puncto .5. & 9. Conduc 6. & 8. q̃
partiatur. af. in puncto 6 & 8. Extende & .p. que sit tanta / quantum i-
teriacet inter lineam .k. ad .o. Sitq; .pq. consequens lineam fa. Ex
tende ppendicularem / o. q. sup .q. tantam eleuatione futurus sis / unde cosa
circulos conspicuis. Q uo in .o. defige clauũ cum filo. Ac sume ex regulis cã
thaetis emam quam uis / Ponegq; contingentem. kL. que stabilis sit. Trahe
de inde. a .q. que partiatur regulam. a. in puncto.a. Cape & filum / exte
deq; sup. i. circuli .a. & ubi pcutit sup regulam signes. i. Extende & sup. 2. &
12. & ubi pcutit / signes 2 & 12. Extende & sup .3. & 11. & ubi pcutit si-
gnes. 3. & 11. Extende & sup 4 & 10. & ubi pcutit signes. 4. & 10. Ex
sup 5 & 9. & ubi pcutit signes. 5. & 9. Extende sup. 6. & 8. & ubi per-
cutit / signes 6 & 8. Extende sup .7. & ubi pcutit signes .7. Tolle posther
regulam hanc. ad cuius modum constituas aliam q̃ pro signo teneat .a. &
seorsum ponatur. Ducamus preterea .2. & 12. circuli .b. que secet .b.g.
in puncto 2. & 12. Et .3. & 11. circuli .b. que secet .bq. in puncto .3. & 11.
Et .4. & 10. que diuidet .bq. in puncto .4. & 10. Et .5. & 9. q̃ partiat
.b.q. in puncto .5. & 9. Et 6 & 8. circuli .b. qua diuidat .b.q. in puncto .6.
& .8. Nunc sume ex cartha regulam quã uis. ponegq; / ut .k. cum stabili
tate continga. Et trahe a .q. que tedat regulam in puncto .b. & erit re-
gula .b. Cape filum deinde & sup .i. cum titulo pone. Sunt et cum
titulo omnes .i. & ubi regulam pulsat / pone .i. Et siste sup .2. & 12.
cum ~~titulo~~ titulo & ubi pulsat / stet .2. & 12. Et siste super .3. & .11.
cum titulo / & ubi pulsat / stet .3. & 11. Et siste sup .4. & .10. cum titulo
& ubi percutit / stet .4. & 10. Et siste sup .5. & .9. cum titulo / & ubi p
cutit / stet .5 & 9. Et siste sup .6. & .8. cum titulo / & ubi ictum facit / sit .6.
& .8. Et pone sup .7. cum titulo / & ubi tactum facit / sit punctum .7.
A mouc deinde regulam & cum ea alteram effice. q̃ sibi q̃ similima
sit / habeatq; signum .b. & seposita reseruetur.

4
A
b
K
L
P
A
b
A
b
mahe deltasca

Trahatur preterea a circulo. c. 2 & 12. secans. c h. in puncto 2. & 12. titulis cum duobus. Puncta namq; c h duplici titulo signanda sunt. Duratur 3 & 11. circuli. c. que cedat. c h. in puncto. 3. & 11. Lineetur. 4. & 10. circuli c. que cedat. c h. in puncto. 4. & 10. Extendatur. 5. & 9. circuli. c. q cedat c h. in puncto. 5. & 9. Trahatur. 6 & 8. circuli. c. que cedat. c h. in puncto 6 & 8. Hisitaq; constitutis imponenda est regula alia ex cartha q tangat k l. & immobilis stet. Trahendum est & 4 a. qd cedat regulam i pncto. c. quam dicimus regulam. c. Preter hec sumendum est filum. Et sup i. duobus cum titulis est ponendum & ubi ictum facit sup lineam fia punctum. i. Ponendum est preterea sup. 2 & 12. & sup. 3. & 11. & sup. 4. & 10. Et sup. 5. & 9. Et sup 6 & 8. Et sup 7. Et qadmodum sup admonuimus puncta sup regulam designentur. Quam cum inde substuleris ferrisq; alia que illius psimilis sit habeatq; signum. c. ambas seponas. Post hec protrahas 2. & 12. circuli. d. partientes. d. 1. in puncto. 2. & 12. cum titulis tribus qd in reliquis seruandum est. Trahas & 3 & 11. secantem. d 1. in puncto 3. & 11. Duras. 4. & 10. circuli. d. secantem. d 1. in puncto. 4. & 10. Lineas 5. & 9. circuli cedentem. d 1. in puncto. 5. & 9. Extendas. 6. & 8. circuli. d. cedentem. d. 1. in puncto. 6. & 8. Sumas deinde cartharea regtaz & cum stabilitate. k. l. contingentem ponas. Demerps filum capias sup ponasq; i. tribus cum titulis & ubi filum sup lineam ictum facit sit pncta i. Pari modo de. 2. & 12. de. 3. & 11. De. 4. & 10. De. 5. & 9. De. 6. & 8. Deq; 7. facias signas sup regulam ubi filum pcutit. Conducas ei sup. 4 a. partiens regulam in puncta d. Et regula. d. nomen habeat. Ad cuius instar alia conficiatur: signum habens. d. ambeq; seponentur.

K
L
A
4

Cum supradicta feceris ducas lineam rectam que sit .f.g. quam dividas in puncto .m. Ac sup .m. extendas .n. ppendicularem / que erit linea .m.n. Et sup .f. ptrahas .k. & sup .g. lineas .l. que ambe ppendiculariter ueniant. Assumas post hec duas ex cartha regulas insignitas .a. easq; ita statuas. ut altera .f.k. altera .g.l. contingat. Ambarumq; regularū .a. lineę .f.g. cum stabilitate assistat. Subinde regula lignea capiatur / q̄ pro signo habet .a. supponaturq; duabus regulis / & .7. cuiuscunq; illarum tangens sit. Et .m. lineę .m.n. tactu semp assistat. ac ubi conuenit cū .7. lignęę regulę / stet punctum .7. ponatur regula tangens .6. & .8. regularuz duarum. & ubi conuenit cum .6. eiusdem regulę / sit punctū .6. Et ubi assistit .8. fiat signū .8. Duratur regula sup .5. & .9. duarū regularū / & ubi cōgressum habet cum .5. lineę eiusd / signetur .5. Et ubi cum .9. fiat punctum .9. Induratur regula contingens .4. & .10. regularū duarū / & ubi concurrit .4. eiusd regulę / firmetur punctū .4. Et ubi .10. signet .10. Et ponatur regula / q̄ tangit .3. & .11. duarum regularuz / & ubi cōunctum habet cū .3. regulę iam dictę / ponatur signū .3. Et ubi cum .11. signetur .11. Et ponatur regula tangens .2. & .12. duarū regularū / & ubi congreditur cum .2. lineę eiusd / ponatur signū .2. & ubi cū .12. stet punctū .12. Et ponat regula tangens .1. duarum regularū / & ubi cōungitur cū .1. iam dicte regle signetur .1. Sic habetur circulus .a. Lineentur .1.2.3.4.5.6.7.8.9.10.11.12.1. Fiat post hec amotio regularum / q̄ seponantur / p secundo q̄d circulo altera .f.k. altera .g.l. contingant. Et regularū earundē .b. tangat lineam .f.g. Sumatur & regula lignea insignita .b. supq; ponatur regulis duabus / & .7. tangat / cuiuslibet earū. Et .m. semp lineam .m.n. cōtingens sit licet tacetur. Sup .7. regulam posuisti / & quo i loco conuenit cū .7. lineę lignęę / stet signū .7. ponatur regula tangens .6. & .8. duarū regularū / & ubi cōuenit cum .6. regule eiusdem sit punctum .6. Et ubi cū .8. stet punctum .8. Et induratur regula tangens .5. & .9. duarū regularū / & ubi adiacet .5. lignęę regulę / fiat punctum .5. & ubi .9. signetur .9. Et ponat regula tangens .4. & .10. duarum regularū / & ubi adiacet .4. lignęę regle fiat signū .4. & ubi .10. sit punctū .10. Et ponatur regula tangens .3. & .11. regularū duarū & ubi adiacet .3. regulę lignęę / signetur .3. & ubi .11. sit punctū .11. Et trahatur regula tangens .2. & .12. duarum regularū & ubi adiacet .2. lignęę regule sit signum .2. & ubi .12. sit signū .12. Et cōducatur regula tangens .1. duarum regularum. & ubi adiacet .1.

regule ligneę signetur .i. Iam amouentur regule / cum absolutus sit circu
lus .b. Sed lineentur .i & 2 . 2 & 3 . 3 & 4 . 4 & 5 . 5 & 6 . 6 & 7 . 7 &
8 . 8 & 9 . 9 & 10 . 10 & 11 . 11 & 12 . 12 & i . p tertio circulo sume tibi duas
carthareas regulas signatas . c . & earum altera suo situ tangat . f . k . alta
g . l . Et ambarum . c . contingat lineam . f . g . Sume post hec regula ligne
am signatam . c . ponegq; eam tangente . 7 . ambarū regularū / & ubi imprimit . 7 . ligneę regule / fige . 7 . Et pone eandem tangentem . 6 . & 8 . regu
larum duarū / & ubi imprimit . 6 . ligneę regule / fige . 6 . & ubi . 8 . statue
8 . Et regulam pone ut tactum habeat . 5 . & 9 . regularū duarū . & ubi
imprimit . 5 . ligneę regule . pone . 5 . & ubi . 9 . fige . 9 . Et regulam sta
tue tangentem . 4 . & 10 . duarum regularū . & ubi assistat . 4 . ligneę regule
pone . 4 . & ubi 10 firma 10 . Et pone regulam tangentem . 3 . & 11
duarum regularū / & ubi ꝯuenit cum . 3 . regule signa . 3 . & ubi 11 fac pū
tum . 11 . Et siste regula tangentem . 2 . & 12 . duarum regularū / & ubi
obuiat . 2 . ligneę regule signa . 2 . & ubi 12 fac & 12 . Induc regulam
tangentem . i . duarū regularum & ubi tangit . i . regule ligneę / signa . i .
Cum absolutus sit / circulus . c . amoue regulas & trahe . i . & 2 . 2 . & 3 .
3 . & 4 . 4 . & 5 . 5 & 6 . 6 & 7 . 7 . & 8 . 8 . & 9 . 9 . & 10 . 10 . & 11 . 11 . & 12 .
12 & i . Sume tibi post hec duas carthareas regulas . D . Pone q; alteram
tangentem . f . k . & alteram . g . l . Et . d . ambarū regularū tangat linā
f . g . Sume preterea regulam . d . que ligneą est eamq; supponе duabus re
gulis / tangentem 7 . & ubi adheret . 7 . regule fac punctum 7 . Trahe &
regulam tangentem . 6 . & 8 . duarum regularum / & ubi adheret . 6 . re
gule signa 6 . & ubi . 8 . pone . 8 . Pone & regulam tangentem . 5 . & 9 . du
arum regularū & ubi adhere . 5 . regule / pone . 5 . & ubi . 9 . signa . 9 . Duc
& regulam tangentem . 4 . & 10 . & ubi adheret . 4 . regule / signa . 4 .
& ubi . 10 . pone . 10 . Duc & regulam . 3 . & 11 . duarum regularū / & ubi ad
heret . 3 . regule / pone . 3 . & ubi . 11 . signa . 11 . Siste & regulam tangētem
2 & 12 duarū regularū . & ubi ꝯactū habet cū . 2 . regule / signa . 2 . &
ubi 12 . signa . 12 . Pone & regulam tangente . i . duarū regularū / & ubi
adheret . i . signa . i . Eo pacto circulus . d . absolutus erit . Tollantur re
gule / atq; seponantur . Postremoq; trahantur . i . & 2 . 2 & 3 . 3 . & 4 .
4 . & 5 . 5 . & 6 . 6 . & 7 . 7 & 8 8 . & 9 . 9 . & 10 . 10 & 11 . 11 & 12 . 12 & i .
Habemus circulos quatuor duodenis in partes equales diuisos / ac decra
dationes habentes / pro ut supra me demonstraturum promisi .


d regule latitudinis
c
b
A
n
m
4
Junipunitis regule
Junipunitis altitudinis

A tum torquem otto circulos habentem / eius crassitudinem continentes. & in duodecim equas partes diuisum / cum proportione decurtare.

Et c demonstratio / in circulis cum supiore conuenit. ubi idem seruandus est modus / latitudinis cum opaberis. Et cū supi circulos otto posuerimus / tamen ad hanc faciendam demonstrationem quatuor circulis contenti erimus. Nam ponemus torquem ipsum / qui iacea sup planitiem. Q uisi aliam haberet positionem / opus esset totregulis / quot circuli in eo torque continerentur. Verum intentio est ut fiant in hor non nulle otto facierum / que supra planitiem p pendiculares sint. Igr circuli quatuor adhibebuntur / qui eandē / quam otto i opē facultatem prestabunt. Fiat itaq; quadrangulus tantus q̄ta futura sit torculi crassitudo. Ac sic describatur. f.g.h.i. In quo ita facies otto designentur / q. f.g. in.b. &c diuisum sit. Et.f.h. in.a. &a. cū titulo appositione descriptionē habeat. Et.h. &.i. in.b. &c. titulū hens Capiatur preter her circinus / ac cum eo circuletur q̄tam uis esse torculi magnitudinem / in cuius centro sit m. Et circulus inscribatur / circulus.a. Deinde trahatur. a.m. linea recta / & cum circulo capiatur q̄tum ē.f.b. Ponaturq; sup lineam. a m. ita ut ab.a. sumatur principium supponedi. & ubi circini alter pes terminū sibi fecerit in ea linea signetur.b. Capiatur & circinus / cuius pes alter ponatur sup.m. alter qdē usq; ad.b. extendatur. Describatur & circulus / q circulus. b. dicatur. Sumendum preterea q̄tum est ab.f. ad.c. otto facierum / ponendumq; est sup lineam.a m. quod sit.a c. Itemq; firmandus est circini pes sup.m. & cū altero circulus describendus / qui transeat p.c. & fit circulus.c. Sumendum est / q̄tum est ab f. ad.g. ponendumq; sup.a. m. qd sit.a d. Firmandus est & sup.m. circini pes / ac circulus describendus transiens p.d. qui dicatur circulus.d.


h b E I
A d
A a
F b c g
m
d d
c c
b b
A A

Diuidantur deinde circuli quos supra descripsimus in partes duodecim / ac inter se equales ut in superiori factum est demonstratione / ad huc modum vtz. i. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Seruetur in quolibet circulo / veluti in figura conspicitur. Ita q; k l. terminus ponatur. Post her firmetur oculus / q tantum distet q̃tum / quis a uidendo circulo abesse uelit. Quo in loco fiat punctum. o. ubi figatur acus cum filo / sicut in ceteris fuit. Sume tibi deinde regulam. a. quam habes lugneam / eamq; pone tangentem k l. & stabilitatem habentem. Cape in sup filum / idq; extende sup. i. circuli. a. & ubi sup regulam ictum fuit / fac punctum. i. Et sup. 2. & ubi tangit / stet puntum. 2. Quod in ceteris numeris usq; ad. 12. seruandum est / ut ad huc in superioribus feisti. Post duc filum sup. m. & ubi tangit signetur m. Ita circulus. a. suam absolutionem habebit. Remoue regulam inde atq; sepone. His factis sume regulam signatam. b. Eamq; cum firmitate. k l. tangentem siste. Cape & filum / supponasq; partibus. q̃ sunt in circulo b. que eedem sunt cum illis quibus diuisionem patit circulus. a. vtz. i. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. ~~et~~. m. Et ubi pratit filum / ut in superioribus factum est / signetur. Tolle item regulam indeq; sepone. Cape & regulam signatam. c. eamq; pone tangentem. k l. post filum accipe / supponeq; partibus in circulo consistentibus. Et ut supra feisti singulis partium signum appone in regula. c. silicet. i. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. & m. Tolle de inde regulam & sepone. Accipe post her regulam. d. quam ut supra. k l. tangentem pone. Extendeq; filum circuli partes / qui est. d. Easq; describas / put in ceteris ad huc feisti. Tolle ipsas regulas atq; inde sepone. Iam latitudinem quatuor habes circulorum qui super regulas situm habent.


A
B
C
D

Nunc ut altitudinis ratio constet / sume octo facies ppa informa constituta ut fiant distantie circulorum / quę torculi altitudo est qui superius ita descpt apparet. a b c d. Inferius a b c d. cum suis titulis designatus. Has octo facies supponas lineę rectę / quaz. b c. cum titulo tangens sit. Extendas & a d. usq; ad. f. quę sit. a f. ątus est diameter circuli. a. Extendas & b c. usq; ad. g. quę sit ątus diametri circuli b. quam supponas lineę tangenti b c. cum titulo / & cum titulo sit. b g. Trahas & a d. cum titulo equidistantem a f. ąta est. a f. quę sit. a f. cum titulo. Assumas & diametri ątitatem cuius circuli / q est. c. Supponasq; lineę. c g. quę sit. c h. Et supponas lineę. c g. q titulum habeat. sitq; c h. titulo designata. Assumas & ątus est diameter circuli d. idq; supponas lineę. d f. qd erit. d i. Et ponas sup lineam. d f. q titulum habeat / & sit. d i. titulo designata. Demum extendas f g. / h i. a l. i h. g f. omnes ut titulum habeant. Reducasq; ad circulos ppam formam intes. & trahas diametrum. a f. transeuntem p. m. q dividat circulum. b. in. b. & g. Et circulum. c. in. c. & h. Et circulu. d. in d. & l. Extendas 2 & 12 circuli. a. dividentem. a f. in puncto. 2. & 12. Duras. 3. & 11. circuli a. secantem. a f. in puncto. 3. & 11. Duras. 4. & 10. circuli a. partientem. a f. in puncto. 4 & 10. tendas 5. & 9. scindentem. a f. in. 5. & 9. Protrahas. 6. & 8. circuli a. cedentem. a f. in puncto. 6. & 8. Sumas post hec ątum est. a puncto. a. circuli ad 2 & 12. idq; supponas a f. altitudinis incipiens ab. a. Signumq; facias. 2. & 12. Sumas & ątum est ab. a. ad. 3. & 11. Idq; supponas lineę. a f. & signes. 3. & 11. Et ątum est ab. a ad. 4. & 10. idq; supponas lineę. a f. & signesq; 5 & 9. Et ątum est ab. a. ad 6. & 8. Et supponas lineę a f. signumq; facias 6. & 8. Her eadem signa apponas cum titulo lineę. a f. quę subsistit.

& signes. 4 & 10. Et quantum est ab. 5. & 9. idq; supponas. AF.





Postea signes circulum alium qui est. b. Et primo trahas. 2. & 12. & ubi diametrum scindit ponas. 2. & 12. Et trahas. 3. & 11. circuli. b. & ubi secat diametrum ponas. 3. & 11. Et ducas. 4. & 10. & ubi dividit. b g. signes. 4. & 10. Et protrahas 5 & 9. & ubi credit. b g. signes. 5. & 9. Et trahas. 6 & 8. & ubi credit. b g. ponas 6 & 8. Sumas deinde quantum est. a. b. ad. 2. & 12. circuli. d. b. id quod supponas lineae. b g. quae est altitudinis linea. & signes. 2. & 12. quod ponas sup lineam. b g. q titulum habeat / & signes. 2. & 12. Sumas & quantum est. a. b. ad. 3. & 11. lineae. b g. circuli. b. supponas quoque lineae / q altitudinis est signesque. 3. & 11. idemque facias cum titulo in linea. b g. Assumas & quantum est. a. b. ad. 4. & 10. lineae. b g. circuli. b. Signes & sup. b g. altitudinis. 4. & 10. Idemque facias cum titulo in linea. b g. Capias & quantum est a. b. ad. 5. & 9. lineae. b g. circuli. b. & id supponas lineae. b g. quae est altitudinis signes & 5 & 9. Idemque facias cum titulo in linea. b g. Sumas & quantum est. a. b. ad. 6. & 8. & id supponas lineae. b g. quae est altitudinis. Et signum facias 6. & 8. Idemque serues cum titulo in linea. b g. Signetur post hoc sup c h omnes partes circuli. c. & supponentur. c h. altitudinis lineae. & c h. cum titulo altitudinis eiusdem. Ponas & insup in diametro. d 1. partes omnes circuli d. quas easdem supponas. d 1. altitudinis lineae. Et sup d 1. cum titulo q & ipsa e altitudinis linea. Quod quoque in circulis. a & b. fecisti idem hic observa. vt. 2 & 12. 3 & 11. 4 & 10. 5. & 9. 6 & 8. ut in figura demonstratur.





lgna diuiteps .k l. que tantum absit ab. a altitudinis/ q̃tum
distat. a. latitudinis a linea. k l. que terminus est. Trahe & g b.
contiguq; transeuntem p k usq; ad. p. que sit. a p. q̃tum est a.
linea k l. termino latitudinis ad. o. qui est oculus. Duc & sup. p. eam per-
pendicularem que sit. o.p. Et. o. sit sup̃ figuram altitudinis q̃tum cum
oculo supstare uis/ ut tornulum uideas. Preterea cum tibi cum filo su-
mas uelut sepius feristi. Et carthaceam regulam capias ponasq; contin-
gentem. k l. Deinde trahas. p b. secantem regulam in puncto. a. que
sit regula. a. & firmitudinem habeat. Cape & filum ibq; extende
sup. a. & ubi ictum facit sup lineam pone signum. i. Nam a. est. i.
Et suppone filum. 2. & 12. lineę. a f. & ubi redit sit punctum 2 & 12.
Et suppone 3. & 11. lineę. a f. & ubi tangit. signa. 3. & 11. Suppo-
ne. 4. & 10. lineę. a f. & ubi prutit signa 4. & 10. Et suppone. 5.
& 9. lineę a f. & ubi pulsat signa 5. & 9. Et suppone 6 & 8. lineę. a f. &
ubi iacet signa 6 & 8. Et pone sup. f. lineę a f. & ubi sistitur signa. 7.
Anguli quidem omnes facierum octo. vt3 a b c d. sine tituli positione
Et a b c d. cum appositione tituli. 1. hoc est/ unũ p signo habeat. Et
octo facierum anguli. f. g. h. 1. sine titulo. Et. f. g. h. 1. cum tituli addi-
tione/ quisq; pro signo septem. hoc est. 7. habeat. Amota regula/ fac aliaz
similem/ que signum habeat. a. Post sepone ambas. Preter hec sume
tibi aliam carthaceam regulam/ eamq; cum stabilitate. k l. tangentez
pone. firmaq; cum cera. Post extende. b p. diuidentem regulam de q̃d-
ta in puncto. b. & sit regula. b. Supponas & filum. b. lineę. b g. & ubi
prutit sup lineam/ sit punctum i. Supponas &. 2. & 12. Et. 3. & 11.
Et. 4. & 10. Et 5 & 9. Et. 6. & 8. Omnibusq; signum apponas/ ubi
filum ictum facit. Ponas & filum sup. g. & ubi facit ictum sup regula
fiat punctum. 7. Tolle regulam ad uiuus instar aliam facias cum signo
. b. atq; seorsum pone. Sume post hec carthaceam regulam & ita statue
ut. k l. cum stabilitate contingat. Deinde extende. b p. que secet
regulam in puncto. c. & c. regula nuncupetur. Tendeq; filum sup. c.
lineę c. h. & ubi ictum facit sup regulam/ pone. i. Et tende fili sup̃r
2 & 12. Et. 3. & 11. Et. 4. & 10. Et. 5. & 9. Et. 6. & 8. Omnib̃
signũ apponas/ ubi filum prutit sup lineã. c: Duc preterea fili sup. h.
& ubi prutit sup regulam fiat. 7. Tolle regulam hanc ad uiuũ mõdum
que signum habeat. c. Aliam confice/ Ambasq; seorsum habe. Cape

Nunc ut altitudo habeatur. Extende .h g. absq; termini positione id est
lineam elevationis planulę suę plinthi in basi consistentis / super quam
duc ppendicularem .p q. distantem a .g. intermedium id quod est a linea
g i. superficiei latitudinis ad .p q. quę terminus est. Sume posther quantum
a linea .p q. termino latitudinis ad .o. qui oculus est / idq; suppone lineę
recedentis ab .h. transeuntiq; p. g. & p. p. quę sit .p r. Et duc ppendi
cularem lineam sup .r. quę sit .or. tantum quantum uis esse despectum ad ba
sim. In .o. quid firma arcum cum filo / ut ad hur sepe feristi. Cartharca
deinde tibi regulam sume / tamq; firma tangentem .p q. In reliquis eu
dem modum tene. Et trahe .h g. basis qui finis est plinthi / ut sere
cartharcam regulam in puncto .g. sitq; cum titulo regula .g. Et suppone
filum .h. Et ubi ictum facit sup regulam signa .h. & k. Et pone super
g. & ubi prutit siste .g. & i. Regulam deinde amoue / ac talem insti
tue aliam cum signo .g. titulu hnte. Et ambas sepone preter hec impo
ne cartharcam regulam aliam tangentem .p q. Et extende .h g. diuide
tem regulam ex cartha in puncto .g. Dirige & filum sup .h. quę alti
tudinis dimensio est. & ubi stat sup regulam fac signum sup .h. & k.
Et sup .g. & ubi iacet signa .g. & i. Tolle regulam hanc ac similem co
fice cum signo .g. & ambas seorsum pone. Sume & aliam cartharcam
regulam quam .p q. tantingentem siste. Ac protrahe .h. g. quę eam se
ret in puncto .a. & sit regula .a. Suppone filum .i. lineę .a. quę est ele
uationis mensura / & ubi redit sup regulam fac punctum .i. Et super .2.
& ubi ictum facit signa 2. & 16. Et sup .3. & ubi redit scribe .3. & .15
Et sup .4. & ubi pulsat signa .4. & 14. Et sup .5. & ubi iacet signa .5. & 13. Et sup .6. & ubi redit scribe .6. & 12
Et sup .7. & ubi iacet signa .7. & 11.
Et sup .8. & ubi ita facit signa .8. & 10
Et sup .9. & ubi redit scribe .9.
Remoue regulam hanc / & fac aliam sibi similem cum signo .a. & am
bas sepone. Capę posther & aliam cartharcam regulam ac siste tangte
p q. Et produc .h g. quę partiatur cartharca regulam in puncto .b. Prote
de filum sup .i. regule .b. quę elevationis dimensio est & ubi sedet sup
sup regulam .i. signa. Et sup .2. & ubi iacet fac punctu .2. & 16. Et
sup .3. & ubi sedet signa .3. & 15 Et sup .4. & ubi pulsat signa .4. & 14
